

MONUMENA INEDITA
RERUM GERMANICARUM
PRAECIPUE
BREMENSIUM.

Ungedruckte

zur

Historie

des Landes und der Stadt

Bremen,

auch angränzender Derter,

gehörige

Nachrichten, Documente

und

Urkunden,

gesammelt und nun zuerst ans Licht gestellt

von


Johann Vogt,

Pastor am Königlichen Dom in Bremen.

Des ersten Bandes zweites Stück.

Bremen,

Gedruckt in der Janischen Buchdruckerei, 1741.



CHRONICON
MONASTERII
Rosenfeldensis,

feu

Hassfeldensis,

DIOECES. BREMEN.

ante

C & LXV. annos collectum,

& jam pridem

a

Cl. Viro

GEORG. ROTH

promissum,

nunc primum editum.

H

Bora

Vorbericht.

Das im Erzbischof-Stift Bremen, zwei Meile von Stade, und eine Meile von Buxtehude und Horneburg liegende, ehemahlige sehr berühmte, ansehnliche und reiche Kloster **Hasfeld**, oder **Harsfeld**, **Hersfelde**, **Heresvelde**, wird auch zum öftern in alten Urkunden **Kossensfelde**, und **Kosensfelde** genennet. Der Unterscheid unter solchen Benennungen ist vielleicht dieser, daß die Burg, oder das Schloß mit dem Flecken, darinnen dieses Kloster gestiftet worden, **Harsfeld**, das Kloster selbst, von seiner annehmlichen und lustigen Lage, **Kosensfeld** benennet worden, wie das *Chronicon Rastadens.* p. 95. und **Georg Roth** in *Rebus Stadensibus* p. 95. behaupten. Andere sind indessen anderer Meinung, und halten **Kosensfeld** für die ältiste Benennung, welche nachhero in **Hasfeld** verwandelt worden. *Bes. Muschards Monumenta Nobilitat.* p. 62. und **Staphorst Hamburgische Kirchen-Geschichte** T. I. p. 325. Noch andere halten **Harsfeld** und **Kosensfeld** für eine, und dieselbige Benennung, und schreibt **Anton Heimrich** in seiner erneuerten *Nordfriesischen Chronica* p. 45. Daß durch Versetzung der Buchstaben **K** und **O** mit hinzugethaner Aspiration **h**, aus **Kosensfeld** **Horsen** oder **Hersensfeld** entstanden. Weit sinnreicher aber weiß diese Meinung, daß **Harsfeld** und **Kosensfeld** ein
 nerlei

nerlei Namen seyn, der Herr geheimte Justice-
 Rath, **Johann Daniel Gruber**, in seinen ganz
 neuligt herausgegebenen *Originibus Livoniae Sacrae*
 & *Civilis Francof. & Lips.* 1740. in fol. vorzustel-
 len. Seinen artigen Einfall von diesen Benen-
 nungen gibt er uns p. 215. in diesen Worten zu les-
 sen: *Nomen Monasterio a loco pasturae Equo-*
rum accommodo. Equi enim nomen Ross, vni-
versa Germaniae commune, Saxones, queis
litera caninae transpositio frequens est, muta-
runt in Ors vel Horse. Quod vocabulum, licet
vna cum Anglis in Britanniam quoque migra-
verit, in chartis tamen domesticis diu reten-
tum fuit ad equum bellatorem designandum. Vt
adeo Rossenseldense, & Horsenseldense Monasteri-
um vnum idemque sit, vtroque quippe nomi-
ne in Annalibus & Diplomatum nuncupa-
tum. In collectionibus Christiani Lunigii hu-
jus Cœnobii documenta nonnulla ad Abbati-
am Hersfeldensem seu Herolsfeldensem Hassiacam re-
lata deprehendo. Quod contingere non po-
tuisset, si ad argumenta Diplomatum, quæ
prælo subjecit, ponderanda suffecisset otium.
 Der hier zuletzt von dem Hrn. geheimten Justice-
 Rath bemerkte Irrthum des Hrn. **Johann**
Christian Lünig, der diese Bremische Erz-Ab-
 tey **Harsfeld** mit der Hersfeldischen Abtey in
 Hessen confundiret, ist allbereits von dem fleißi-
 gen **Johann Georg Leuckfeld** in *Antiquitatibus*
Premonstratensibus de Monasterio Gratia Dei p. 39.
 entdeckt, und von Hrn. Lünig selbst in *Corri-*
gendis Tom. III, Spicileg. Ecclesiastic. als ein

Irrthum verbessert worden. Istbelobter Herr **Leuckfeld** gedencket auch daselbst dieses *Chronici Harjefeldensis Manuscripti*, und berichtet, daß **Georg Roth** in Stade es besitze; der auch den Vorsaß gehabt, dasselbe, nebst andern Scriptoribus *Rerum Bremensium*, die *Jo. Albert. Fabricius* in *Bibliotheca Latina medii ævi* T. I. p. 747. nahmehaft machet, ans Licht zu stellen, daran Er aber durch seinen Tod verhindert worden. Wir haben drei verschiedene Codices dieses *Chronici* fleißig mit einander collationiret, und aus solchen es, ohne der geringsten Aenderung, abdrucken lassen. Es ist wahrscheinlich, daß unser *Chronicon* ungefehr ums Jahr 1575. geschrieben, oder zusammengetragen sey; denn was nach solchem Jahr von dem Leben des *Erz-Abts Lüneburg Brummers* noch beigefüget worden, ist zweifels ohne ein Anhang, von einer andern Hand, der sich auch in allen Codicibus nicht findet. Der Verfasser indessen dieses *Chronici*, der den *Albertum Stadensem* fleißig gebrauchet, und ganze Stellen ohne Aenderung von ihm entlehnet, ist unbekandt; und ob er gleich in *Genealogicis* und *Chronologicis* nicht gar zu accurat, sein ganzes Werk auch vielmehr eine Zusammenstoppelung, als ein ordentliches *Chronicon* genennet zu werden verdienet; so haben wirs nichts desto weniger dennoch des Drucks würdig geachtet, theils wegen der Nachrichten, die es uns von diesem berühmten Kloster und ihren *Erz-Äbten* mittheilet, theils auch wegen der eingerückten Urkunden, welche es uns aufgehoben. Es befinden sich darinnen

- I. PASCHALIS II. Pontif. Rom. Bulla, qua Coenobium *Rosensfeldense*, seu *Harsfeldense*, in tutelam recipit, & ab omni ordinariorum jurisdictione eximit. A. 1104. Diese Päpstliche Bulle hat aus unserm Chronico **Georg Koch** in rebus Stadensibus p. 28. abdrucken lassen, und von **Georg Koch** hat sie *Christ. Gottl. Schwartzius* entlehnet, und findet sich in *Mencken* Scriptor. Rerum Saxonie. T. III. p. 1132.
- II. ADALBERONIS Archiepisc. *Bremens.* Diploma foundationis Coenobii B. Mariae in suburbio Stadensi A. 1147. Auch diese Urkunde mit dem darzu gehörigen Transsumto Giselberti gibt *Hr. Georg Koch* l. c. p. 44. aus unserm Chronico zu lesen.
- III. GISELBERTI Archiepiscop. *Bremens.* Transsumtum, in quo Coenobii S. Mariae ad Stadam fundatio confirmatur. A. 1284.
- IV. ALEXANDRI IV. Pontificis Romani, Bulla, qua Monasterio *Rosensfeldensi* omnia & singula Privilegia & bona, a Praedecessoribus concessa, nominatim confirmantur. A. 1260.
- V. VRBANI, Pontificis Romani, Bulla, qua cassat Privilegium a Schismatico Pontifice Archiepiscopo *Bremensi* datum; Privilegia Monasterii *Harsfeldensis* confirmat; ac litem inter Archiepiscopum & Monasterium quibusdam Viris Ecclesiasticis examinandam committit. A. 1262. Det

Pontifex Schismaticus war Victor IV. des sen Diploma, Hartwico Archiepiscopo Bremens. datum de Abbaciis *Rosensfeldensi* & *Rastadensi* A. 1160. wie auch Epistolam ad Abbatem *Rosensfeldensem* & universum Conventum findet man ap. *Leibnitium* Tom. II. Script. Brunsv. p. 259. *Lunig* Spicil. Eccles. Contin. I. p. 103. und *Staphorst* Hist. Eccles. Hamb. T. I. p. 569.

- VI. Transactio inter *Gerhardum* Archiepiscopum Bremensem, & Ecclesiam ac Conventum *Rosensfeldensem*. A. 1224.
- VII. Bulla, qua *Abbati* in *Hassfeld* potestas datur a casibus quibusdam, Sedi Apostolicæ reservatis, suos confratres absolvendi. A. 1410.
- IIIX. BONIFACII VIII. Pontif. R. Bulla, qua Archi-Abbati in *Hassfelde*, ejusque Successoribus, concedit jus utendi mitra, baculo Pastoralis &c. A. 1298.
- IX. GERLACI, Archi-Abbatis in *Hertzevelde*, Charta super Vicaria S. Johannis Evangelistæ in Ambitu. A. 1386.
- X. *Ejusd.* alia Charta super eadem Vicaria S. Johannis in ambitu. A. 1396.
- XI. *Ejusd.* Charta super XVI. Marcarum reditus de Decima in *Bostel*, nec non XIV. Marcarum reditus in *Bützflote*. A. 1407.
- XII. MATTHIÆ Archi-Abbatis Charta, qua ad mensam Capitularium dat albos panes seu similes. A. 1477.

- XIII. JOHANNIS, *Archi-Abbatis*, Charta super Decimam *Damflete* in Parochia Drochterfen Dioecesis Bremensis.
- XIV. Instrumentum Provisionis Reverendi Domini *Detlefi de Lunebergh*, *Archi-Abbatis*. A. 1509.
- XV. *Luneberg* BRUMMERS, *Archi-Abbatis*, Beschreibung auf 200. Marck, dafür in der kleinen Kirche das Te Deum laudamus, nebst andern Gesängen, soll gesungen werden. A. 1601.
- XVI. *Ejusd.* Disposition uß Gottes-Haus, wegen Leinwand und Geld, welches denen 5. Armen in der grossen Kirche soll ausgetheilet werden. A. 1595.
- XVII. *Ejusd.* Disposition uß Gottes-Haus, wegen etlicher feisten Widder auf Michaelis. A. 1605.
- XIIX. OCTAVII, *Episcopi Calatini*, & in inferiori Germania Nuntii Apostolici, Privilegium, quo *Archi-Abbati* in *Harsefelde* potestas datur velandi seu coronandi Virgines hujus Dioeceseos. A. 1589.
- XIX. *Joachimi* PENTZEN Breef an de van Buxtehude. A. 1545.
- XX. *Ejusd.* öffentlicher Feydt-Brief an das Stift Bremen und Verden. A. 1546.
- XXI. Des Convents in *Harsefelde* Vollmacht dem Kaiserl. Cammer-Gerichts Anwaldten gegeben in causa fractæ Pacis contra *Joach. Pentzen*. A. 1549.

- XXII.** Articuli, in causa fractæ pacis, und zugefügter Beschädigung, des Erz-Abtes zu Harsfeld contra Joachim Pentzen Besklagen.
- XXIII.** GEORGII, Archiepisc. Brem. Scharlos-Verschreibung, gegeben dem Erz-Abt in Harsfelde und dem Abte zu St. Marien in Stade, betreffend die von ihnen geschehene Versiegelung eines Vertrags mit dem Abt zu St. Paul in Bremen. A. 1562.
- XXIV.** HENRICI, Archiep. Brem. Confirmatio des Vertrags zwischen dem Kloster Harsfelde und Jochim Pentzen. A. 1579.
- XXV.** Vertrag zwischen dem Kloster Harsfelde und Jochim Pentzen aufgerichtet. A. 1579.
- XXVI.** Jochim PENTZEN Ratification des mit dem Kloster aufgerichteten Vertrags. A. 1579.
- XXVII.** Des Erz-Abts und Convents zu Harsfelde Ratification dieses Vertrags, und renuntiatio litis. A. 1580.

Zu bedauern ist es, daß die übrige Urkunden, die vermuthlich in nicht geringer Anzahl bey diesem berühmten Kloster ehedessen gewesen seyn, durch die Krieger, Troublen verlohren gegangen.

CHRONICA ECCLESIAE
Rosenfeldensis, seu Has-
sefeldensis.

Catalogus Archi-Abbatum Has-
sefeldensium. *

1. **W**ERNERVS Anno 1101.
 2. CONO.
 3. **W** CONRADVS Anno 1147.
 4. ADO Anno 1150.
 5. BRVNO Anno 1155.
 6. GISEBALDVS Anno 1208.
 7. HERMANNVS Anno 1228.
 8. THEODORICVS Anno 1320.
 9. NICOLAVS Anno 1360.
 10. WERNERVS Anno 1367.
 11. ENGELBERTVS Anno 1390.
- H 5 12.

* Man findet auch einen Catalogum Archi-Abbatum Hassefeldensium in Gabrielis BYCELINI Germania Topo-Chrono-Stemmato-Graphia Sacra & profana P. II p. 128. sq. & P. III. p. 83. und einen

andern Catalogum in Lu-
neburg MVSHARDI
Monumentis Nobilitatis in
Ducatibus Bremen. & Ver-
densi p. 4. sq. welche mit
dem gegenwärtigen kün-
nen verglichen werden.

- | | |
|--|---|
| 12. ELIAS. | } Horum nomina in
martyrologio repe-
riuntur; quibus ve-
ro annis vixerint
non constat. |
| 13. JOHANNES. | |
| 14. THOMAS. | |
| 15. RVDOLPHVS. | |
| 16. HENRICVS. | |
| 17. MARTINVS. | |
| 18. JOHANNES. | |
| 19. HARTMANNVS. | |
| 20. WILTZINVS. | |
| 21. LEVDOLPHVS. | |
| 22. OTTO. | } |
| 23. ELNERVS. | |
| 24. HENRICVS. | |
| 25. JOHANNES. | |
| 26. GERLACVSSCHVLTE, obiit 1410.
in die Barbaræ Virginis ac Martyris. | |
| 27. JOHANNES SCHVLTE, obiit An-
no 1445. die quarta mensis Augusti. | |
| 28. JOHANNES de LVH, obiit Anno
1454. | |
| 29. MATTHIAS GRIMMEKE, obiit
Anno 1484. die 25. Martii. | |
| 30. GISO de BORCH, obiit Anno 1503.
ipsa die Barbaræ Virginis & Martyris. | |
| 31. DETLEFVS de LVNEBERG, obiit
Anno 1513. die 16. mensis May. | |
| 32. HINRICVS DVDENRATH, inter-
iit Anno 1527. die Sixti Papæ & Mar-
tyris. | |
| 33. ARNOLDVS BICKER, obiit An-
no 1548. die undecima mensis Septem-
bris. | |

cum adhuc collationes Episcopatum spectarent ad Imperium, nec data fuerat ab Imperatoribus Episcoporum electio Canonicis in locis cathedralibus. Ordinatus est autem à suffraganeis; Pallium misit ei Papa *Alexander*. Cum isto Episcopo venerunt *Bremam* filii amittae suae, qui *Erponem de Stelle* & *Wyllonem de Palude*; & *Gerungus*, Advocatus Bremensis, qui *Hermannum* Advocatum, *Alheronem* & *Segebodonem* & *Gerungum de Hagen* & *Suviconem* Clericum genuit. Isti ab eo locupletati sunt, sicut adhuc numerosae successione testatur abundantia. Eo tempore Rex praefatus Saxonibus odiosus erat, tum quia dira tyrannide eis incumbebat, tum quia *Ottonem* genere Saxonem Ducatu Bavariae privaverat, & *Welphoni*, Duci ac Suevo, dederat; Exquisita enim arte *Egmonem* quendam, non alti sanguinis, sed viribus & audacia praestantem, accusare fecit iamdictum *Ottonem* de crimine laesae maiestatis, quod scilicet de nece *Henrici* tractasset Regis; unde pro expurgatione dictato duello per sententiam Principum, cum ad trinam citationem non veniret Dux, abiudicatus est ei Ducatus; ipse vero veniens in Saxoniam commovit omnia regna. Hic habuit matrem *Odae* Marchionissae nomine *Idam* & genuit tres filios *Henricum* Comitem, qui vocatus est *Crassus*, qui fuit *Lanthgravius*, patrem *Rikencen* Imperatricis, qui occisus est à Fresonibus in *Norden* cum aliis multis, & *Cononem* Comitem de *Bicheling*, qui etiam occisus est &
Sifridum

Sifridum Comitem de Bomeneborch, patrem iunioris *Sifridi*. Habuit etiam quatuor filias, quarum una erat mater *Conradi Marchionis de Wythin*, secunda mater *Friderici de Arnesberch*, cuius vnam filiam duxit *Godefridus de Cuc*, pater Comitum *Henrici & Friderici de Arnesberch*. Alteram duxit *Otto de Cappeneberch*, cuius filia *Eylica*, vxor *Eylmari*, mater fuit *Henrici & Christiani*, Comitum de *Aldenburch*, & *Otonis*, Praepositi *Bremensis*. Tertia vxor fuit *Hermanni de Calvela*, quae genuit *Ottonem & Henricum*, Comites de *Ravensberch*; Dicere nolumus, quod quartam seduxit quidam servus.

De Duce Ottone Saxonum.

Hic *Otto* Dux, de quo iam fecimus mentionem, aedificavit turrin *Ecclesiae Rosenfeldensis* & altare in honorem *Sancti Odelrici*, cuius altaris lapis est rotundus, habens sub se claufas multas *Sanctorum* reliquias, & dedit tredecim mansos ad turrin in villa *Westerfo*: dedit etiam *Ecclesiae Rosenfeldensi* villam, quae dicitur *Arensflücht*. Ipse vero mortuus & sepultus est *Norden* in *Fresia*.

Item de Welphone.

Welpho vero Dux, qui possedit Ducatum *Otonis* *Ducis Bavariae*, habuit uxorem *Wulfyldem Magni Ducis Saxoniae* filiam, eratque avus *Friderici* *Imperatoris primi*, in expeditione *Hierosolymitana* submersi, & *Henrici Ducis Saxoniae Leonis Magni*.

De

De tribus Comitibus.

Notandum etiam est, quod fratrum quilibet filiorum Ottonis Ducis unam curiam habuit in Cometia Stadenſi. *Henricus Crassus* habuit, curiam *Alerſtede*, Cono curiam, quae dicitur *Conyngshoven in villa Herſevelde*; hic fundavit *Catelenborch* & eandem curiam illi clauſtro dedit, quam poſtea *Friedericus Stadenſis* primo oppignoratam, deinde emptam, *Herſevelde* dedit. *Sifridus* habuit curiam *Hethvelde*, quam filius ſuus *Sifridus* dedit Clauſtro *Amelingesborne*, quam poſtea *Henricus*, Dux Magnus Leo de *Brunswich*, emit a monachis, hoc tamen, vt dicitur, modo. Quidam Abbas loci illius, apoſtatare proponens, Duci curiam vendidit, conventu ignorante; tandem in edietate pecuniae ſoluta, & comperta re, Abbas fugit, & Dux curiam uſurpavit. Praeterea poſſedit bona in pheodata illius curiae, quae non fuerunt clauſtro data. Hanc genealogiam prioris *Hartmuci*, Archiepiſcopi, explicemus, cuius notitia perutilis erit ad ſequentia. Illis temporibus Comes *Henricus*, qui vocatus eſt *Calvus*, *Ottonis* tertii Imperatoris conſanguineus, phialam ſuam fudit ſuper ſedem beſtiae, plurimis oſtendens regnum eius tenebroſum eſſe, *Herſeveldae* cum ſuis filiis inchoans Eccleſiam, non modicae religionis lumine per Dei gratiam poſtmodum ampliandam. Vxor erat ei *Hildegardis* nomine, & ambo pollebant tam fidei, quam virtutum opere, quam generis

neris dignitate. Iste *Heinricus* in loco iam dicto capellam fundavit ligneam. Anno gratiae millesimo primo annuente *Libentio* undecimo *Bremensi* 1001. Archiepiscopo, qui sedit viginti quinque annos, regnante *Heinrico*, Imperatore huius nominis secundo, qui successit *Ottoni* tertio, sub Duce Saxoniae *Bernardo*, *Hermanni* filio, qui erat cuiusdam *Bilingii* filius, qui tunc temporis fuerat quasi nullus. Iste *Heinrico* successit filius eius *Comes Heinricus*, qui cum suis fratribus, scilicet *Vdone*, *Sifrido*, *Rudolpho*, Comitibus, adiuvavit congregationem Clericorum *Hersevelde*.

De Fundatoribus Herseveldensis Ecclesiae.

Anno Domini Millesimo secundo 1002. do iste *Heinricus* erat in *Hyldehem* Canonicus. Hic cum a suis a Clericatu tractus esset, ut apostasiam eleemosynis redimeret, destructo castro *Hersevelde*, fecit ibidem, ut dictum est, Conventuum Clericorum. Hic, quasi esset condemnatus legum censura, redemit se ter, praediis, ornamentis & aliis possessionibus, & omnia contulit Ecclesiae memoratae. Praeposituram ibi fecit & Ecclesiam in honorem beatae Virgines Mariae & Beati Bartholomaei Apostoli, dedicavit. Hic *Heinricus* vocatus est *bonus*, propter probitatem suam; erat enim vir honestus & optime literatus

ratus. Vxorem habuit *Mechtildem* de Suevia natam. Ambo hi dilexerunt locum, ditantes eum crucibus, scriniolis, casulis, libris & pluribus ornamentis.

De Sifrido Marchione.

Huic successit filius eius *Sifridus*, seu *Marchio*, qui cum *Bennone* Duce Saxonum, filio *Hermannii* Ducis, pugnavit cum piratis, qui dicebantur *Ascomanni*, & vindicavit patrum suum *Vdonem* submersis omnibus, qui cum eo erant. Hic castrum *Stadis* aedificavit, & a piratis capto castro cum fratre comprehensus est; sed frater, cum compedibus vinc-tus sederet, in navim piscatoris salivit, & sic abductus salvatus est; Piratae siquidem dederant pacem redimere volentibus captivos, & ita patuerat aditus piscatori. Barbari ergo de fuga Principis offensi fratri, videlicet *Sifrido*, utramque manum amputaverunt, & omnes captivos diversis poenis peremerunt. Elapsus autem, finitimos colligens, piratas vicit & quos vivos comprehendit, suspendit prope Stadium in loco, qui ab eodem eventu *Worgaborch* vocatur. Mutilatus autem liberatus est, & uxorem duxit de Bavaria, & genuit filium *Sifridum*, fratre mortuo sine haerede. Junior *Sifridus* vxorem accepit *Adelam* filiam *Geronis*, Comitis in Iudicio Imperatoris & Principum decollati. Hic habuit magnam haereditatem in Saxonia, quam divisit inter Ecclesias. *Trebenetz* contulit *Herjeveldensi* prope *Berneborch* eius

cuius loci praedium solvit annuatim sexaginta tria maldaria tritici & tria talenta, cum quibus denariis debebat praedicti tritici vectura procurari, *Magdeburgensis* monetae, quod praedium propter importunitatem malorum hominum, redditus eosdem frequenter detinentium, Ecclesia de bono consilio vendidit, & in utiliores usus Ecclesiae eandem pecuniam collocavit; Aliud dedit *Alesleve* inibi Deo servientium. *Sifrido* Comiti successit filius eius *Luderus*, Comes, cuius anniversarius, cum tribus responsoriis agitur, 7. Idus Novembris. Hic habuit uxorem nomine *Adelheit*, cuius anniversarius est 7. Idus Decembris, quae fuit amita *Rudolphi* Ducis Sueviae, qui electus in Regem a Saxonibus, contra *Heinricum*, Imperatorem huius nomine quartum, *Romae* in poenitentia iniuncta sibi à Papa tunc temporis demorantem. Consensit autem *Rudolphus* ad discordiam talem instinctu eorum, qui magis ratione officii sui debuerant pacem & concordiam nutrire, quam litem & discordias suscitare. Occisus est idem *Rudolphus* ab *Heinrico*, Imperatore huius nominis quarto, patre videlicet illius, qui in *Welpesholt* pugnavit contra *Saxones*. *Strasburgensis* enim Episcopus dolens de facto huius modi *Romam* ivit & imperatorem diu quaesitum & tandem inter martyrum memorias inventum, aperto sibi discordiae negotio, in imperium revocavit, qui cum se viriliter defenderet idem *Rudolphus*, accepto in manu dextra vulnere, inva-

lescente morbo mori cepit & iam moriturus ait: *Videtis manum meam dextram vulnere sauciatam; ista manu fidelitatem Imperatori sub iuramento promisi, ista manu fidem eandem violavi, in istam manum hoc accepi vulnus, iam occasione eiusdem vulneris motiturus. Dominus parcat eis qui causa mihi sunt rebellionis & mortis.* Et hæc dicens diem clausit extremum.

Et ut modicum ad superiora redeamus, *Adelheydis*, vxor *Luderi Comitis*, construxit Capellam *S. Nicolai Pontificis* in *Rosenfelde*, ad memoriam viri sui *Luderi Comitis* inibi sepulti, & pretiosis eam extulit monumentis. Insuper dedit scrinium argenteum cum reliquiis Sanctorum & crucem cum auro venustissime fabricatam, & maximo honore sepulchrum eius decoravit, cum marmore & aliis ornamentis. Dedit etiam duodecim mansos, quos detinuit in beneficio presbyter *Wichmannus*, eidem Capellae deserviens. Ipsa vero in Christo obdormiens *Mallesleve* est sepulta. Sed post hæc *Oda Marchionissa* & *Henricus Marchio*, filius eius, qui dictus est longus, mortuo *Wichmanno*, dederunt eos mansos in Ecclesiam, qui iacent in villulis subtitulatis: In *Rosenfelde* duo mansi, in *Vervvedele* vnus mansus, in *Holdenstede* vnus mansus, in *Wenneremestorpe* vnus mansus, in Villa duo mansi, *Herveshude* vnus mansus, *Asala* vnus mansus, in pago *Thitmarsico* in villa *Waternal* vnus mansus, *Schedene* iuxta *Niumborch* dimidius mansus.

Anno

Anno Domini millesimo 1060.

sexagesimo *Ludero* Comiti successit filius eius *Vdo*, hic factus est Marchio, & primum ab Imperatore *Henrico Marchiam* aquilonarem, scilicet *Comitiam Stadensem*, acquisivit. Huius tempore *Albertus*, Archiepiscopus *Bremensis*, qui decimus sextus erat, sedit enim viginti octo annis, acquisivit Beato *Petro* *Comitiam* eandem *Stadensem*, quae erat *Vdonis*, Marchionis, ab *Henrico* Imperatore, *Vdone* volente, sed non frustra, quia propter eandem restauratam distracta sunt pretiosissima Ecclesiae ornamenta, & ab illo tempore *Vdo* Marchio tenuit *Comitiam* eandem ab Archiepiscopo *Bremensi*, quam antea tenuerat ab Imperatore. Hoc etiam tempore primus *Vdo*, Marchio, *Ekbertum* Comitem occidit *Wystede*, prope *Ellestorpe*, cum tamen eius fuerit cognatus. Hic erat filius *Idae* Comitissae de *Ellestorpe*, quae erat nata de Suevia & magnum habuit patrimonium in hac terra. Ille *Ekbertus* habuit Vxorem *Ottonis*, Ducis *Bavariae*, privignam, quam praedicta Ducis Vxor ex alio viro ante genuerat. Mater vero *Ekberti* orbata heredibus cum *Papam Leonem*, eius avunculum, ad proponendum coram eo querimoniam, adiisset, *Ellestorpe* rediit, & sicut à Papa commonita fuerat & instructa, eundem *Vdonem* omnium possessionum suarum fecit heredem. *Ida* vero Comitissa nobilis erat foemina, filia fratris Imperatoris *Henrici* tertii, & sororis *Leonis* Papae,

qui & Bruno, & Cometia Stadenſis erat in eadem hereditate contenta. Ipla vero habuit maritos ſcilicet *Dedonem* & *Ethelerum* album, qui ambo in Thitmarſia occiſi ſunt, cum eſſent ibi Comites. Alter eorum de *Ida* genuit filiam *Rikencem*, quam duxit *Eylmarus*, Pater *Eylmari* de *Oldenborch*, & *Akarinam* matrem *Borchardi* de *Lücke*; Iplaque defuncta, tota eius hereditas ad *Vdonem* devolvitur *Marchionem*. Marchio igitur *Vdo* verſa vice de heridate *Idae* Comitiffae, cum adhuc viveret, trecentos manſos ei dedit poſſidendos, curiam ſcilicet *Tuſchensē*, *Ottfredeſſen*, *Hulſynghe*, *Wenſten*, *Brinen*, *Rotholwingenbuſen*, *Sclime*, *Ride* & præterea pecuniam, pro cuius parte, ſcilicet pro quinquaginta marcis, oppignoravit *Froyerſen*, & *Franckenborſchold* Eccleſiæ *Heeslinge*, quae eodem titulo adhuc poſſidentur. Item *Idae* filius fuit *Borchardus*, Treverenſis maior Præpoſitus, qui poſtea in Archiepiſcopum eſt electus. Hic ædificavit lapideam ſtructuram in *Ellſtorpe*. Et ut ad hiftoriam & fundatores huius ſancti cœnobii redeamus, *Vdo* Marchio de *Oda* Marchioniſſa genuit quatuor filios *Henricum*, *Luderum*, ſive *Vdonem*, *Sifridum* & *Rudolphum*, & duas filias, *Adelbeydem*, quae nupſit *Ludovico* & genuit ſecundum *Ludovicum*, qui à *Lothario* rege impetravit comitatum provincialem in *Thuringia*, cum eo per ſententiam privatus eſſet *Hermannus* de *Winzenborch*; Secundus *Ludovicus* genuit tertium, tertius quartum *Ludovicum*, qui eſt filius

lius sororis Imperatoris *Friederici*. Item secunda filia fuit Abbatissa in *Allesleve*. *Henricus* Marchio, primus filius *Vdonis* Marchionis, vocatus est Longus & accepit filiam Regis Rutziae, nomine *Eupraxyam* sua lingua, *Adelheit* vero nostra. Hæc venit in istam regionem cum magna pompa, pretiosas vestes & gemmas camelis portantibus, divitiasque infinitas. Idem vero *Henricus* mortuus est sine herede, viduam autem eius duxit *Henricus* Imperator. *Luderus* igitur Marchio, sive *Vdo*, frater *Henrici* Marchionis & fundatoris nostri cœnobii, successit ei. Hic proponens ducere *Eylicam*, filiam Magni Ducis, declinavit in domum *Helprici*, Comitis de *Ploceke*, & videns sororem suam *Ermingardam*, duxit eam, erat enim pulcherrima; vnde multum indignati sunt vasalli sui, qui pares erant *Helprico* & quidam maiores, genuitque ex ea *Heinricum* nomine, qui duxit *Adelheidem*, sororem Marchionis *Alberti*, quam, cum sine hærede moreretur, duxit vasallus suus *Wernerus de Veltbem*, qui genuit *Albertum de Osterborch* & reliquam prolem. Item Marchio *Luderus*, seu *Vdo*, ex *Armigarda* genuit tres filias, vna vocabatur *Adelheit*, quam duxit *Henricus* Marchio de *Ylenborch*. Iste dedit Cometiam suam *Friderico*, quam & per sexaginta annos possedit. Sic dictus est putativus frater *Rikencen* Imperatoris, quem, de Slava natum, ideo fratrem suum dicebat, ut hereditatem non perderet, quae in quæstione multorum posita litigiosa fuit.

Tandem Domina *Rickence*, fratre in *Dacia* denato, sola possedit hereditatem, quam duxit *Lotharius*. Habuit tamen sororem, uxorem Palatini *Otonis de Rineckge*, à qua descenderunt fratres *de Holland*. *Heinrico* Marchione defuncto suscepit Marchiam frater eius *Rudolphus* ad tuendum, quo usque cresceret fratruelis eius *Heinricus*, qui tunc erat infantulus. Qui adultus suscepit hereditatem patris. Iste *Heinricus* duxit *Adelheydem*, filiam *Otonis* Comitis, & mortuus est sine herede. Quo mortuo alienata est Marchia ab ista generatione: Habuit etiam *Vdo* filiam, quam tertiam filiam duxit *Poppo de Hinnenborch*. Item mortuo *Ludero* Marchione & filio suo *Heinrico*, *Ermigardis*, vxor *Luderi* Marchionis, nupsit *Gerardo de Heinsberch*, fratri *Götzvini*, de quo habuit filium *Sifridum*, qui in expeditione *Lotbarii*, apud *Barim*, in *Apulia*, sagitta interiit; insuper filiam *Odam*, quam duxit *Sifridus de Erteneborch*, qui vocabatur malo cognomine cum sue, ex qua genuit tres filias, *Adelheydam*, quam duxit *Borchgravius de Groce*, item *Luderum*, qui sine herede obiit, *Odam*, quam duxit *Albertus de Osterborch*, & genuit multam prolem. Haec est subscriptio prædii, quod *Ermigardis*, Marchisa, cuius anniversarius est sexto Kalendas Decembris, vxor *Luderi* Marchionis noscitur dedisse *Hersveldensi* Ecclesiae in conspectu *Conradi* Abbatis & omnium fratrum suorum. Quae, cum steteret ante altæ Sanctæ Dei Genitricis *Mariae*, sic locuta est:

est: "Ego *Ermigardis* condono praedium u-
 num Dominae meae Sanctae Dei genitrici Mariae,
 de quo annuatim persolvuntur sex marcae de-
 nariorum, quatuor marcae sint in remedio
 animae meae; Do etiam sylvam prope, *Gri-
 mesborst* positam, *Hasla* dictam, in qua nemo
 aliquid iuris habet, & duas marcas pro reme-
 dio animae Domini mei *Luderi*, sive *Vdonis*
 Marchionis, & filii mei *Henrici* Marchionis, at-
 que boni *Henrici* Comitis, eiusque Coniugis
Mechtildis, & omnium eorum, qui hoc Coeno-
 bium fundaverunt. Hoc onfirmo, hoc
 laudo in conspectu testium, qui hic sunt in
 praesenti, quorum nomina hic subtitulantur:
Hathawich, Abbatissa de *Hesling*, *Gerboldus*, Ca-
 pellanus eiusdem Dominae *Ermigardis*, *Hugol-
 dus* laicus, *Richbertus* advocatus, & alii quam-
 plures. Idem praedium iacet in villis *Tbitmarsia*,
 quod *Hermannus*, Abbas, vendidit & in vtiliores
 vsus Ecclesiae collocavit.

Tertius frater erat *Sifridus*, Canonicus
 in *Magdeburgh* in Ecclesia maiori & praepositus
 ad S. Nicolaum; *Rudolphus* autem Marchio, qui
 quartus erat frater, primi *Vdonis* filius, cuius
 anniversarius est Septimo Idus Decembris,
 accepit uxorem *Richardim* de *Franconia*, cum
 multa hereditate, filiam Comitis *Hermanni*,
 de qua suscepit tres filios, *Vdonem*, *Rudolphum*
 & *Hartvicum* maiorem, Archiepiscopum;
Rudolpho vero, patre eorum, mortuo in *Magde-
 burgh* in maiori Ecclesia sepelitur. *Vdo* au-
 tem Comes filius eius duxit sororem *Herman-*

ni, qui occisus est in *Wincenborch*, sed ante susceptam prolem, cum incaute pugnaret; occisus est prope *Ascersleve* à militibus Marchionis *Alberti*, & delatus est in *Hersevelde*, ibique est in claustro sepultus. Item *Rudolphus*, Comes, frater eius, duxit *Elisabeth* sororem *Odo-kari de Stire*. Hic ergo apud Archiepiscopum *Adalberonem* acquisiuit Cometiam *Stadensem*, *Friderico* Comite mortuo, quam tenuit semianno; Dedit sanctae Dei genetrici *Mariae* in *Rosenfelde* allodium pro remedio animae suae, vna cum consensu coniugis suae *Richardis* ac filiorum suorum, situm in ripa fluminis *Albii*. Sunt enim mansi tredecim, qui iacent in villulis subtitulatis. *Buttesfletbe* vnus mansus, *Abbenfletb* vnus mansus, *Asle* vnus mansus, *Coppenvercher* vnus mansus, *Nendorp* vnus & dimidius, *Holboruch* dimidius; ipse vero sine herede occisus est à *Thitmaris*.

De Fundatoribus Stadenfis Ecclesiae extra muros, ordinis Sancti Benedicti.

1168. Anno Domini millesimo centesimo sexagesimo octavo *Hartvicus*, tertius frater, factus est *Bremensis* Archiepiscopus. Hic dictus est *Maior*, ad differentiam successoris sui *Hartwici*, Archiepiscopi *de Lieth*, sedit vigininti annis, cum antea fuerat ibidem maior Praepositus. Hic dedicavit Monasterium Beatæ virginis *Mariae*, sanctique *Johannis* Evangelistae prope *Stadium*,
de

de *Hersefeldensis* Ecclesiae gremio generatum. Anno Domini millesimo centesimo quadragesimo secundo, suscitavit Dominus Spiritum trium fratrum *Adickonis*, *Rickberti* & *Dudonis*, filiorum *Alverici* & *Nothburgis*, vt novellam plantationem in suburbio *Stadensi* erigerent; Capellam ligneam ibi construxerunt, quam *Albero*, Archiepiscopus *Bremensis*, anno Pontificatus sui nono decimo, sexto nonas Julii dedicavit, & *Conradus*, Abbas *Hersefeldensis*, virum venerabilem *Alvvardum* Abbatem, cum *Elvero*, *Godeschalco* & aliis suae congregationis fratribus, personis utique conversationis honestae, sicut proprium est illius Ecclesiae, transmisit, & vt cœnobialem vitam, quam didicerant ibidem, ad honorem Dei tenerent, & reliquos instruerent, informavit. *Adrianus* igitur Papa locum illum, & in loco Beati *Benedicti* ordinem confirmavit.

His expeditis ad historiam revertamur: Tres fratres de quibus tractavimus, scilicet *Vdo*, *Rudolphus* & *Hartvovicus*, Archiepiscopus *Bremensis*, habuerunt tres sorores, duae factae sunt sanctimoniales in *Quedelenborg*, quarum vna electa est in *Abbatissam*, tertia vocabatur *Lutgardis*, quam duxit *Friedericus*, Palatinus de *Sommeresborch* & genuit ex ea *Albertum Palatinum*, qui duxit filiam *Popponis* de *Hinneberg*, & mortuus est sine prole. Tandem *Lutgardis*, ratione propinquitatis separata à Palatino, nupsit *Ericho*, qui dicebatur, *Lamm*, & eo mortuo reversa nupsit *Hermann*o de *Wincenborch*, de qua

genitae sunt tres filiae; vnam duxit Comes de *Schvartzenborch*, qui temporibus *Friederici* Imperatoris primi, anno Dni millesimo centesimo octogesimo tertio, praesente Imperatore & vix per adhaerentiam fenestra evadente, submersus in cloaca. Solebat idem ad quodlibet factum frequentius dicere: *Si hoc fecero, vel dixero, submergar in latrina.* Vxorem autem eius duxit Comes *Witin*. Secundam duxit *Magnus Burizius*, Dux *Danorum*, quo à *Woldemaro* rege cœcato & castrato, vxor in *Saxoniam* rediens miserabili sorte naso truncato à seruo mutilata est. Tertia fuit *Praepositissa in Gandershem*.

Postquam igitur de fundatoribus loci in *Rosensfelde* sufficienter est praetaxatum, nunc videamus de personarum transmutatione, videlicet qualiter amotis Canonicis secularibus, qui centum annos ibi steterunt vno minus, iidem Patroni instauraverunt sacrum cœnobium Monachorum. *Marchio* ergo *Luderus*, qui & *Vdo*, & mater sua *Oda* & frater suus *Marchio Rudolphus*, de consilio & voluntate *Episcopi Herrandi Halverstadensis*, in cuius diœcesi habitabant monachi de *Hilseneborch*, quosdam ex ipsis Monachis, scilicet *Wernerum Cononem* & quosdam alios, in *Rosensfelde* adduxerunt, & apud Canonicos ibidem commorantes charitative impetraverunt, quod quicquid in eo loco habebant, voluntarie dimiserunt, & ne amplius super hoc querimoniam facerent, rerum suarum restitutionem receperunt.

runt. Ipse enim Praepositus loci ipsius *Wido*, pro restitutione, duo talenta à *Marchione* in *Alslebe* recepit, *Borchardus* duas Ecclesias, *Heio* vnam; quidam etiam ex ipsis, videlicet, *Wildagus*, *Meinricus* & alii tres, seculo renunciantes, eisdem monachis, qui de *Hilsineborch* venerant, commanserunt & in *Rosenfelde* sub Regula sancti *Benedicti* Domino fideliter seruerunt.

Nomina & series Archi-Abbatum.

Factum est igitur ut Anno Domini millesimo centesimo instauratum sit in *Rosenfelde* venerabile Collegium Monachorum in honorem omnipotentis Dei & Beatae Mariae virginis & Beati Bartholomaei Apostoli, sub *Leimaro*, de Suevia nato, tunc Bremensi Archiepiscopo, qui sedit triginta annis. Erat enim septimus decimus Archiepiscopus Bremensis, qui Basilicam *Bremensem* in summo mirae magnitudinis constructam, straminibus tectam ab *Alberto* Archiepiscopo Bremensi antecessore suo, qui sextus decimus erat Archiepiscopus, sedit enim viginti octo annis, proposuerat tegere plumbo vel cupro, sed imminetia mala hoc impediverunt. Hoc tempore de incendio civitatis totum consumtum est, & parietes rimis crepuerunt; hinc *Leimarus* funditus destruxit, & à fundamentis hoc, quod haecenus cernitur, construxit. Qui à Comite *Ludero* postea captus est in expeditione Regis *Henrici*, & pro sua redemptione dedit

dedit advocatiam *Bremae* & trecentas marcas argenti, & ita restitutus est Episcopatu suo. His expeditis ad historiam revertamur.

Oda vero Marchionissa, ac filii ipsius, Marchiones scilicet *Luder*, qui & *Vdo*, & *Rudolphus*, ibidem convenientes de consilio *Herrandi*, *Halverstadensis* Episcopi, praenominatum Dominum **WERNERUM**, qui de *Hilseneborch* venerat, in *Abbatem primum* novellae plantationi in *Rosensfeld* praefecerunt & eundem locum multis possessionibus dotaverunt ac pluribus donariis ornaverunt. Insuper etiam, ut per omnia loco atque monachis ibidem providerent, & divinum servitium ibidem confirmarent, praesentibus & consiliantibus Archiepiscopo *Magdeburgensi*, *Herrando* Episcopo *Halverstadensi*, & Domino *Henrico de Hasselborch* & Domino *Hartvico* & abbati *Hildeboldo*, & multitudine catholicorum virorum, per *Albericum* liberum hominem & per Dominum *Andream* monachum, pro animabus, suis ac parentum suorum, qui ibidem requiescunt, & ipsum locum sedi Apostolicae immediate subiicientes *Pascali* *Papae* liberaliter obtulerunt. Papa vero, devotione eorum commendata, recepit eandem Ecclesiam cum omnibus suis possessionibus, tunc habitis vel in posterum habendis, in specialem protectionem *S. S. Petri & Pauli* Apostolorum & suam iram, districti iudicis, & partem cum *Dathan* & *Abiron*, omni homini in contrarium venienti comminando. Imperator vero *Henricus* quartus advocatiam Ecclesiae

siae *Rosenfelde* Papae contulit, & Papa eandem
 Ecclesiae dedit, & donationem ipsam scripti
 sui patrocinio confirmavit, vt nullus in ipsa
 aliquid iuris sibi usurpare praesumat, nisi
 quem Abbas, & eiusdem Ecclesiae fratres, ad
 tale ministerium liberaliter & communiter
 decreverint assumendum. *Paschalis* itaque
 Papa, ad quem tunc, sopito magno & longo
 schismate, tota redierat Ecclesia, Ecclesiam,
Rosenfeldensem suis privilegiis libertavit, ac suo-
 rum privilegiorum pagina gratiis multiplici-
 bus decoravit, & sub anathemate interdixit,
 ne ulli omnino homini liceat idem Cœnobium
 perturbare, aut monachis violentiam inferre,
 aut datas, aut dandas, seu habitas, vel haben-
 das possessiones auferre & alias quomodo
 libet impedire; Qui contra fecerit anathe-
 ma sit. Præterea Papa idem Cœnobium, à
 prædictis principibus Beato *Petro* datum, Ab-
 bati *Wernero*, patri eiusdem loci primo & suis
 successoribus, regendum manu propria tradi-
 dit, & sic in eadem Ecclesia per eundem Ab-
 batem & suos fratres & omnes eorum succes-
 sores monasticæ professionis decus, & glorio-
 sus in vinea Domini cultus, honestissime inole-
 vit. His ordinationibus, quas fecerunt *Oda*
Marchisa, & *Luderus*, seu *Vdo* & *Rudolphus*, filii
 eius, Marchiones, circa institutionem cœno-
 bii in *Rosenfelde*, Dominus *Sifridus*, frater di-
 ctorum Principum, Praepositus ad sanctum
Nicolaum & Canonicus in Ecclesia maiori in
Magdèborgh, non interfuit, in studio tunc exi-
 stens,

stans. Qui de studio rediens, hoc sine suo consensu actum esse, aliquantulum graviter tulit, verum anno tricesimo fratris sui *Luderi*, sive *Vdonis*, absente fratre suo *Rudolpho*, rogatu matris suae laudavit, & quicquid hereditarii iuris in eodem haberet loco, pro remedio animæ suæ ac fratris sui, coram omnibus Deo & sanctæ *Mariae* & sancto *Paulo* obtulit. Mortuo etiam Abbate *Wernero*, monachi consilio Marchionis *Rudolphi*, adstante & consentiente Domino *Sifrido*, Canonico in *Magdeborg*, *CONONEM* in Abbatem elegerunt, praesente Praeposito *Widone* & quibusdam aliis primitiis ibidem manentibus, & nihil contradicentibus.

Atramite historia iterum digredendum est.

Anteriori quidem anno, scilicet millesimo nonagesimo nono, Hierusalem, diu à Saracenis possessa, reacquisita est Ecclesiae Dei, sub Duce *Godefrido*, Anno quoque antepenultimo, scilicet millesimo nonagesimo octavo in vinea Domini cepit *Cysterciense* cœnobium inchoari. Factum est autem, ut tempore procedente Monachi, qui in *Rosenselde* Christo sub sancti *Benedicti* regula militabant, tam devote ac humiliter Domino deservirent; Visi sunt itaque in ipsa Ecclesie Monachi corde tam simplici, conversatione tam humili, ut prorsus nihil scirent, nec scire curarent, nisi tantum in lege Domini intimo meditationis studio

studio : meditari. Nimirum adhuc posset eadem Ecclesia in suo vigore subsistere, & tam in spiritualibus, quam temporalibus, secundum honestatem pristinam perdurare, si non esset exactoribus, raptoribus, incendiariis & aliis pestilentibus, quibus mundus superfluit propter apertum & immutatum loci situm, exposita, vnde nunc incommoda, nunc damna, nunc pericula sustinet infinita.

Servierunt tamen fratres illi Beatae virgini inter omnes tumultus die ac nocte in templo eius. Certa cunctorum est opinio, quod has insolentias non deficientes, sed magis ac magis quotidie succrescentes, in multa parte possent evincere, si vellent in tutiorem locum, quod explere possent de facili, se transferre. Haec siquidem Ecclesia cum fundaretur à Principibus, non erat Sathan, nec decursus malus, sed vnus quisque suum agrum secure possedit, & sine timore in suo domicilio requieuit, nisi forsitan aliquod malum inopinatum aliquando emergeret, quod tamen de multa bonorum hominum providentia, qui pacem diligebant, & tranquillitatis tempora, protinus interiret. Ecce quam vtiliter & egregie Principes isti effuderunt phialam suam super sedem bestiae? Proinde Ecclesiae Dei ceperunt tanto lucis gaudio corruscare, regnum vero bestiae merito tunc potuit tenebrosum fidelibus apparere, vt abiectis tenebris homines communiter radios agnoscerent veritatis, cum successivo

immediatim primo anno terra sancta, in qua sunt nostra redemptionis celebrata mysteria, à sordida Sarracenorum possessione in potestatem Christo famulantium rediit, sicut paulo post dicitur; Secundo vero divina pietas ad emendationem multorum Cyster-tiense coenobium suscitavit, & tertio anno in partibus Aquilonis, scilicet in *Hertzefelde*, Monachorum congregatio religiosa, antea circa fines illos invisã, in honorem Iesu Christi & gloriosae matris eius, sanctique *Bartholomaei*, Apostoli, tam devotorum, quam magnorum laicorum laboribus & expensis principum exsurrexit; evocatis de *Hilfneborch* monachis, qui plantam ibidem divinae laudis ponerent, quam successores eorum, quousque mundus iste volvitur, celebrarent. Gloria tibi Trinitas, aequalis vna Deitas! In tuis laudibus, se adhuc cohortantur hodie, die ac nocte tibi psallentes in hymnis & canticis spiritualibus gloriose. Vnde quidam, tam honestatem, quam eiusdem loci religionem, diligens & admirans, eum in quodam metrico libro, qui dicitur *quadriga*, (continet enim quatuor Evangelia) sic describit:

Est locus à Roseo qui traxit nomine nomen,
In spatio speciosus & in specie spaciosus,
Quem situs ipse loci, quem rerum copia mon-
strat,

Quem Comitum praelarga manus, quem cul-
men honorat,

Quam

Quem pietas Procerum, quem vestit gloria
Regum.

Est locus ipse rosae, rosa, campi gloria, ne-
scit

Haec rosa spinetum, neque pungit spina ro-
setum.

Est locus ipsa rosa, non haec rosa mane Cy-
dippe,

Vespere lucis erit, modo florens, protinus
arens,

Nunc rubra, mox pallens, modo invida,
livida statim,

Nunc oriens simul & moriens: arescere
nunquam

Haec solet aeterni foecunda propagine ve-
ris,

Non aestas, non audet hyems, non Aeolus
istam

Derosulare rosam. Mos est pallere rosa-
rum

Solis ad intuitum; trahit haec a sole rubo-
rem,

Quicquid habet natura boni, locus iste lo-
corum

Continet, omne mali fermentum longius
arceat

Regia solis ibi sublimibus alta columnis.

*Nomina Principum nostrorum defun-
ctorum.*

6. **I** dus Maji, HEINRICUS, Comes, *Calvus.*
 3. **I** dus Junii, HILDEGARDIS, Cometissa,
 vxor.
 6. Nonas Octobris, HEINRICUS, Comes fi-
 lius & *bonus.*
 14. Kalendas Novembris, MATHILDA, Co-
 metissa, vxor.
 8. Idus Januarii, SIFRIDUS, Comes, filius
Henrici boni.
 Kalendas May, ADELA, Cometissa, vxor sua,
 7. Kalendas May, SIFRIDUS Comes.
 7. Idus Novembris, LUDERUS Comes, qui
 Capellam Sancti Nicolai construxit.
 7. Idus Decembris, ADELHEIT, Cometissa,
 vxor *Luderi Comitis.*
 4. Nonas Martii, VDO Marchio,
 Idus Januarii, ODA, Marchionissa.
 4. Nonas Junii, LUDERUS, vel UDO, Mar-
 chio.
 5. Kalendas Julii, HEINRICUS, Marchio.
 7. Idibus Augusti, SIFRIDUS, Canonicus &
 Comes.
 3. Idibus Octobris, RUDOLPHUS, infans,
 7. Idus Decembris, RUDOLPHUS, Marchio.
 2. Nonas Decembris, HEINRICUS, Marchio.
 Idibus Martii, UDO, Comes.
 Idibus Martii, RUDOLPHUS, Comes.
 6. Kalendas Decembris, ARMIGARDIS, Mar-
 chionissa.

Idus Aprilis, FRIEDERICUS, Comes.

2. Kalendas Octobris, HEINRICUS, Comes.

Cum res magni sit momenti, ut privilegia, Ecclesiis & monasteriis concessa, sarta & intacta conserventur, deque eis plena omni tempore cognitio habeatur; ideo unam & alteram Bullam Romanorum Pontificum ad verbum, & reliquarum effectum, brevitatis causa, quae in archivo hujus monasterii reservantur, & cognitionem exemptionis ejusdem a Jurisdictione Archi-Episcopi *Bremensis*, & cujuscunque alterius, historiae huic inserere visum fuit.

Bulla summi Pontificis Romani, Paschalis, ejus nominis secundi.

PASCHALIS, Episcopus, Servus Servorum Dei, dilecto filio *Wernero*, Abbati venerabilis monasterii sanctae Dei genitricis Virginis Mariae, quod in loco situm est, qui *Rosenfeld* dicitur, ejusque Successoribus regulariter substituendis, in perpetuum. Justis votis assensum praebere, justisque petitionibus aures accommodare, nos convenit, qui, licet indigni, justitiae custodes atque praecones in excelsa Apostolorum Principum Petri & Pauli specula, Domino disponente, conspicimur. Tuis igitur, Fili in Christo venerabilis atque charissime, justis petitionibus annuentes, Monasterium *Rosenfeld*, cui Deo auctore praesides, ad honorem Sanctae

„ Dei Genetricis, Virginis Mariae, cujus nomi-
„ ni dedicatum est, sub tutela Apostolicae se-
„ dis specialiter confovendum, protegendum-
„ que suscepimus. Quod nimirum Monaste-
„ rium generosus *Vdo*, Marchio, cum fratre *Ru-*
„ *dolpho* & matre venerabili *Oda*, propriis sum-
„ ptibus reaedificatum & propriarum possessi-
„ onum collatione ditatum, pro animae suae,
„ & parentum suorum, vel eorum, qui ibidem
„ requiescunt, salute, Beatis Apostolis, Petro &
„ Paulo, noscitur obtulisse, & in Romani Pon-
„ tificis defensionem jure perpetuo delegasse.
„ Eorum ergo votum assensionis nostrae foe-
„ dere firmantes, per hujus nostri privilegii
„ paginam Apostolica auctoritate statuimus,
„ ut, quicquid ad eundem locum legitimo ve-
„ teris possessionis jure pertinet, quicquid su-
„ pradicti Principes de suis facultatibus justis
„ eidem Monasterio obtulerunt, & quicquid
„ hodie iuste possidet, in mancipiis, campis,
„ sylvis, pratis, aquis, aquarumque decursi-
„ bus, in molendinis & in mansis & coeteris
„ redditibus, sive in crastinum, consensione
„ Pontificum, largitione Principum, vel obla-
„ tione fidelium, juste atque canonice poterit
„ adipisci, firma tibi, tuisque Successoribus &
„ illibata permaneant. Decrevimus igitur, ut
„ nulli omnino hominum liceat idem Coeno-
„ bium temere perturbare, aut ei supradictas
„ possessiones auferre, vel ablatas retinere, im-
„ minuere, vel temerariis vexationibus fatigare
„ & omnino integra conserventur eorum, pro
„ „ quorum

quorum sustentatione ac gubernatione concessa sunt, vñibus omnimodis profutura. Salvo Episcoporum jure canonico obeunte te, nunc ejus loci Abbate, vel tuorum quorumlibet successorum, nullus ibi qualibet subreptionis astutia vel violentia, praeponatur, nisi quem fratres communi consensu, vel fratrum pars consilii sanioris, secundum Dei timorem & Beati Benedicti regulam elegerint. Quodsi in suo Collegio invenire nequiverint, qui huic regimini idoneus haberetur, liceat eisdem, de quocunque maluerint loco, sui ordinis virum, suaeque professionis, assumere. Crisma, oleum sacrum, consecrationes altarium, sive Basilicarum, ordinationes monachorum, qui ad sacros fuerint ordines promovendi, ab Episcopo, in cuius Dioecesi estis, accipietis, siquidem gratiam atque communionem Apostolicae sedis habuerit, & si ea gratis, ac sine pravitate, voluerit exhibere; alioquin liceat vobis catholicum, quem mavultis, adire Antistitem, & ab eo consecrationem sacramentorum suscipere, qui ab Apostolica sedis auctoritate fultus, quae postulantur, indulgeat. Sane praedictum Marchionem, vestri coenobii Advocatum, sicut à vobis est electus, quam diu vixerit, eiusque posteros, si idonei sunt, statuentes; de coetero sancimus, ut nullus vnquam vestri monasterii Advocatus esse praesumat, nisi quem fratres communi consensu praeviderint eligendum, ad iudicium receptae a

„ Romana Ecclesia libertatis, secundum ipsius
 „ iam dicti Marchionis constitutionem per an-
 „ nos singulos unum Byzantium Lateranensi
 „ Palatio persolvetis. Si quis autem in crasti-
 „ num, Archiepiscopus, aut Episcopus, Impera-
 „ tor, aut Rex, aut Princeps, aut Dux, Comes,
 „ aut Vicecomes, Judex, aut persona potens,
 „ aut impotens, huius nostri privilegii pagi-
 „ nam sciens, contra eam temere venire at-
 „ tentaverit, secundo tertiove commonitus, si
 „ non satisfactionem condignam fecerit, eum
 „ honoris sui periculo subiacere decernimus, a
 „ Christi Ecclesiae corpore auctoritate pote-
 „ stas Apostolicae segregamus; conservanti-
 „ bus autem pax a Deo & misericordia, prae-
 „ sentibus ac futuris seculis, conservetur. A-
 „ men, Amen. Scriptum per manum Py-
 „ derii, Regionarii ac Referendarii Sacri Palatii.
 „ Datum Laterano per manum *Johannis*, Sanctae
 „ Romanae Ecclesiae Diaconi Cardinalis.
 „ Tertio Idus Aprilis, indictione decima, incar-
 „ nationis Dominicae anno 1104. Pontifica-
 „ tus anno PASCHALIS, secundi Papae,
 „ tertio.

*Fundatio monasterii, Beatae Virginis Ma-
 riae, in Suburbio Stadenfi.*

„ In nomine Domini, Amen. Universis
 „ Christi fidelibus, hanc literam inspecturis,
 „ seu auditoris, GISELBERTUS, Dei gratia,
 „ Sanctae *Bremensis* Ecclesiae Archiepiscopus,
 „ Salu-

salutem in Domino, ac infra scriptae rei co-
 gnoscere veritatem. Constitutus religiosus
 vir, Dominus *Friedericus*, Abbas Monasterii
 Sanctae Mariae *Stadensis*, nostrae Dioecesis,
 coram nobis, pro se ac sui conventus nomi-
 ne, quandam literam primae foundationis
 sui monasterii cum suis libertatibus produxit,
 nobisque humiliter propter Deum supplica-
 vit, quod ipsam, ob memoriam longiorem &
 firmiorem, inspicere & examinare dignare-
 mur, & inspectam transcribi facere, & tran-
 scriptam autoritate nostra, ac sigilli nostri
 munimine, roborari. Tenor eiusdem literae
 erat talis: "

In Nomine Sanctae & individuae Tri-
 nitatis, Patris, Filii & Spiritus Sancti, A-
 DALBERO, Dei gratia, *Hamburgensis* Ecclesiae
 Archiepiscopus, omnibus, hoc privilegium
 legentibus, benedictionem a Domino &
 misericordiam a Deo salutari suo, Quoni-
 am facta praecedentium ad notitiam subse-
 quentium ad hoc literali studio examinantur,
 ut generationis, quae praeteriit, acta, aemu-
 la virtute in memoriam habeantur, & gene-
 ratio, quae advenit, dum pia gesta priorum
 imitata, bonis operibus iugiter inhaerenda
 de virtute in virtutem provocetur; Nos
 eadem gratia literis assignamus, qualiter
 Ecclesiam, Beatæ *Mariae* in Suburbio *Stadensi*,
 affectus bonae voluntatis plantavit, effectus
 copiosi operis rigavit, Deus autem larga
 benedictione incrementum dedit. Nam

„divina providentia, quae ante secularia
 „tempora virginis vterum sibi thalamum
 „desponsavit, ipsa eadem in diebus nostris
 „virgini matri, hanc quam dicimus Ecclesi-
 „am per manus & devotionem suorum fide-
 „lium praeparavit. Suscitavit enim Spiritum
 „trium fratrum germanorum, videlicet *Du-*
 „*donis*, *Adiconis* & *Richerti*, quorum instinctu
 „*Conradus*, Abbas *Rosensfeldensis*, nobiscum com-
 „mutationem fecit, pro campo & prato, qui
 „ad nostram sedem in omni iure in praedicto
 „suburbio *Stadensi* pertinebant, & duos man-
 „fos proprietatis suae Ecclesiae, cum conni-
 „ventia fratrum suorum, ac mortuorum fi-
 „delium, reddidit nobis & ipsum campum
 „cum prato in libertate, qua *Bremensis* Eccle-
 „sia eum habuerat, obtinuit. In quo dum
 „ligneam Ecclesiam praedicti tres vterini fratres
 „aedificassent, & à nobis, ut eam consecrarem
 „anno Domini 1145, in quinta vero indictione,
 „anno autem Pontificatus nostri 26. nonas Iu-
 „lii, pia prece expetiissent, praedictus Abbas
 „*Conradus* monachos suos cum venerabili viro
 „*Adalwardo* collocavit ibi, eo tenore, ut quan-
 „docunque idem *Adelwardus*, aut aliquis Suc-
 „cessor suus, alios duos manfos *Rosensfeldensi*, aut
 „*Bremensi*, compensaret Ecclesiae, ipsum cam-
 „pum cum prato ad monasterium faciendum
 „tam ipse, quam sui Successores, in omni iure li-
 „berum possiderent. Igitur in processu tem-
 „poris scum Deus optimus maximus eorun-
 „dem statum augmentavit, communi consilio

monachorum fidelium, tam laicorum, quam
 Clericorum, eidem loco, libere assumptum de
Rosenfeldensi Ecclesia, cum ad stipulatione praefa-
 ti Abbatis *Conradi* & totius suae congregationis,
 venerabilem virum Dn. *Adelwardum*, liberum
 Abbatem in libero loco, anno Domini 1147.
 indictione vero decima, anno Pontificatus
 nostri 24. pridie Nonas Iulii, ordinavimus;
 ad testimonium deinde suae libertatis Ab-
 batem *Adonem*, qui eidem *Conrado* mortuo
 successit, secum *Stadae* sub vna benedictione
 promovimus, & ita liberum Abbatem *Adal-*
wardum, *Stadensi* Ecclesiae consecravimus, si-
 cut liberum Abbatem *Adonem*, *Rosenfeldensi*
 coenobio assignavimus, statuimus etiam,
 ut omnia pertinentia eidem Ecclesiae, quae
 iam possidet, aut in futurum possidebit, sub
 potestate liberi Abbatis eiusdem loci posita
 sint, ut nullus mortalium eis vim inferat,
 qui statim ab ipso Abbate, nisi resipiscat, &
 Sanctae Mariae satisfaciat, anathematis gla-
 dio feriatur: Concedimus liberam potesta-
 tem eligendi Abbatem: Crisma, ordines sa-
 cros a nobis & nostris Successoribus suscipi-
 ent. Damus quoque potestatem in toto E-
 piscopatu Abbati & conventui confessiones
 audiendi, praedicandi, baptizandi & mortuos
 sepeliendi. Constituimus praeterea, ut i-
 dem monasterium nullus successorum no-
 strorum temerario ausu praesumat perturba-
 re, aut Abbatem pulsare, nec ibidem hospi-
 tare, nisi ad beneplacitum Abbatis, *Coloni*

„ ab omni exactione, etiam precaria, immunes
 „ erunt & nullum habeant respectum, nisi ad
 „ Abbatem. Quod si contra fiat, Abbas trans-
 „ gressores excommunicet, illamque excom-
 „ municationem Archiepiscopus rati habeat.
 „ Inter Abbatem *Rosensfeldensem* & *Stadensem* hoc
 „ perpetualiter, sub testimonio Christi & Eccle-
 „ siæ, statuimus, vt neuter eorum alteri se prae-
 „ ferat, nec alteri diuortium faciat, sed vna
 „ sit charitas, vna spiritualis dilectio & domus
 „ vnus sit alterius, & sicut eos coniungit af-
 „ finitas locorum & vnus Dominae patroci-
 „ nium, sic eos coniungat amor Christi &
 „ fraterna dilectio; vnus negotium sit & alte-
 „ rius, nec aliquid constituatur in domo aut
 „ in capitulo vnus, quod discordat a senten-
 „ tia alterius; sed in omni Synodali causa ita
 „ stent simul, vt nullus inter eos medius, nisi
 „ sub pace & foedere, assistat, quia funiculus
 „ duplex difficiliter rumpitur, maxime, si in
 „ omni iusta re concordauerint, & in vnum,
 „ vt eos decet, comportauerint. Nullus suc-
 „ cessorum nostrorum in causa iusta iniuste
 „ eos gravet, sed ut Aaron graves manus
 „ Moysis sustentabat, contra Ameleck; sic hi
 „ duo graves causas nostras & iudicium Pon-
 „ tificatus nostri, contra aemulos sedis nostrae,
 „ sustentare poterunt. Contra haec non fa-
 „ cientibus sit pax aeterna, contradicentibus
 „ vero poena aeterna. Hi sunt testes, qui ad-
 „ fuerunt, *Hardevvicus*, Bremensis Ecclesiae
 „ maior Praepositus, *Bertholdus* Abbas S. Pau-
 „ li

li, *Ado* Abbas Rosenfeldensis, *Ropertus* ipsius
Ecclesiae Praepositus; Capellani *Ropertus*,
Reinholdus, *Hadelvovicus* Capellanus *Stadensis*
castri. Laici *Willerus*, Advocatus *Stadensis*,
Bruno, *Thitmarus*, Ministeriales Ducis. Anno
Domini 1147. indictione decima datum est
hoc privilegium *Stadensi* Abbati, Anno Ponti-
ficatus nostri 24.

Qua litera inspecta & diligentissime,
cum nostris Canonicis & aliarum Ecclesiarum
rektoribus, in Synodo nostrae Ecclesiae *Bre-*
mensis existentibus, auscultata & examinata,
& rogavit nos idem Dominus Abbas, ut liber-
tatem sui monasterii, in ipsa contentam, inno-
vare & approbare dignaremur. Nos ergo
petitioni ipsius iustae, rationabili, & fide di-
gnae annuentes, ipsam literam cum omnibus
suis clausulis innovavimus, & in nomine
Domini approbamus & ratificamus & Sigil-
lo nostro confirmamus; similiter & privile-
gia, praefato monasterio super libertatibus a
nostris antecessoribus, tradita, sub eadem
confirmatione & approbatione volumus in-
violabiliter observari. Insuper inhibentes
omnibus & singulis, in nostro Archiepiscopa-
tu existentibus, ne dicto monasterio, aut suis
colonis aliquam violentiam inferant, si ex-
communicationem & vindictam aeterni iu-
dicis voluerint effugere & evitare. Testes
huius rei sunt: *Ludolphus*, Praepositus San-
cti *Georgii* *Stadensis*, *Augustinus de Osta*, *Bar-*
tholdus Schultetus, *Conradus de Bederkesa*, *Hen-*
ricus

„ricus de Nindorpe, Heinricus de Seltzing, Friede-
 „ricus de Reimershausen, Johannes de Bachtenbrock,
 „Arnoldus de Blomendal, Milites nostri, & alii.
 „Datum anno Domini 1284. feria 4. post Do-
 „minicam Laetare,

ABO, Archi-Abbas, corporis vinculus so-
 lutus est. Anno 1150.

Anno 1155. Cal. Maii *Adrianus* Papa, eius no-
 minis IV. anno Pontificatus eius primo, ad
 instantiam Abbatis religiosissimi, Dni BRV-
 NONIS, privilegia, a suis praedecessoribus
 monasterio *Hassfeld* concessa, confirmavit.

Idem fecit *Innocentius III*, ad humilem
 petitionem GISEBALDI, Abbatis, sub an-
 num Dni 1208.

Anno 1226. *Gregorius VIII*, Papa, vesti-
 giis praedecessorum insistens, Abbatem de
Reddegshausen Magdeburgensis, Abbatem S.
 Michaelis & Praepositum, S. Crucis, Hildes-
 heimensis dioeceseos, Commissarios constituit,
 mandavitque eisdem, ut moneant Archiepi-
 scopum *Bremensem*, ut desistat, Abbatem *Hasse-
 feldensem* HERMANNVM, eiusque Succes-
 sores, ad Synodum imposterum citare, aut
 quomocunque gravare.

Innocentius IV, anno Pontificatus IV, pri-
 vilegiato monasterio *Hassfeld* dat facultatem
 decimas ex aliis Ecclesiis, seu parochiis, per-
 cipiendi.

Anno 1226. *Gregorius nonus*, Pontifex
 Maximus, Episcopum *Verdensen* & *Hildesheimen-
 sem*,

sem, nec non praelatos eorundem Episcopatum, Conservatores privilegiorum Monasterii *Hassfeldensis* constituit.

Anno 1260, *Alexander IV.* Pontifex Max. 3. Kal. Augusti, privilegia, à praedecessoribus suis monasterio *Hassfeld* concessa, confirmavit, eiusque bullae tenor talis est, ut sequitur :

ALEXANDER Episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis, Abbati Monasterii Sanctae Mariae de *Rosenfelde*, eiusque fratribus, salutem & Apostolicam benedictionem. Quoties a nobis petitur, quod religioni & honestati convenire dignoscitur, animo nos decet libenti concedere, & petentium desideriis congruum suffragium impertiri. Ea propter, dilecti in Domino filii, vestris iustis postulationibus clementer annuimus, & monasterium Sanctae Mariae de *Rosenfelde*, Bremensis dioecesis, in quo divino mancipati estis obsequio, quod ad ius & proprietatem Romanae Ecclesiae esse dignoscitur, ad exemplar felicitis memoriae *Adriani*, *Alexandri*, *Innocentii* & *Gregorii*, praedecessorum nostrorum Romanorum Pontificum, sub Beati Petri & nostra protectione suscipimus, & praesentis scripti privilegio communimus. Inprimis siquidem statuentes, ut ordo monasticus, qui secundum Deum, & beati Benedicti regulam, in eodem monasterio institutus esse dignoscitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observetur. Praeterea quascunque possessiones, quaecunque bona

„ bona, idem Monasterium in praesentiarum
 „ iuste & Canonice possidet, aut in futurum,
 „ concessione Pontificum, largitione Regum,
 „ vel Principum, oblatione fidelium, seu aliis
 „ iustis modis, praestante Domino, poterit
 „ adipisci, firma vobis & vestris successoribus
 „ & illibata permaneant. In quibus haec pro-
 „ priis duximus exprimenda vocabulis, locum
 „ ipsum, in quo praefatum monasterium si-
 „ tum est, cum omnibus pertinentiis suis:
 „ Decimam de *Lii*, quam bonae memoriae
 „ *Albero*, Hamburgensis Archi-Episcopus, ex
 „ conniventia totius Cleri & populi, eidem
 „ monasterio nostro in Concambium dedit:
 „ Decimam de *Rosenfelde*, quae in Concambi-
 „ um pro sylva *Franckenholt* nobis data est:
 „ Curiam, quae dicitur *Koninghoff*, cum omni-
 „ bus pertinentiis suis: Officium * *Elickeri*,
 „ cum omnibus pertinentiis suis: Vetus offi-
 „ cium cum pertinentiis suis: Bona, quae
 „ bonae memoriae *Ermigardis*, Marchionissa,
 „ nobis contulit in *Thitmarsio*, Curiam scilicet
 „ *Trumpstede*, & Curiam *Fragistede*: In *Slavia* vil-
 „ lam, quae *Lancoa* dicitur, & possessiones,
 „ quae iacent iuxta *Lii*, cum iurisdictione,
 „ quam habetis cum hominibus habitantibus in
 „ eisdem: Duas Capellas in *Rosenfelde* cum
 „ pertinentiis suis: Decimam de *Ordesen*:**
 „ Duos mansos & dimidium iuxta *Bylnam*, cum
 „ , decima

* Officium idem ac feudum ** *Ordesen* hodie *Orense*.
 v. FRESNE.

decima & iurisdictione, quam habetis cum
 hominibus habitantibus in eisdem; Tres
 sartagine in salina *Lüneburgensi*, salva tamen
 super decimis moderatione Concilii gene-
 ralis,

Cum autem generale interdictum ter-
 rae fuerit, liceat vobis, clausis ianuis, ex-
 clusis excommunicatis & interdictis, non
 pulsatis Campanis, suppressa voce, divina
 officia celebrare, dum modo causam non de-
 deritis interdicto; Crisma vero, Oleum
 sanctum, consecrationes altarium seu basili-
 carum, ordinationes Clericorum, qui ad
 ordines fuerint promovendi, a diocesano su-
 scipietis Episcopo, siquidem Catholicus fue-
 rit, & gratiam ac communionem Apostoli-
 cae sedis habuerit, & ea vobis gratis & si-
 ne pravitate aliqua voluerit exhibere; alio-
 quin ad quemcunque malueritis Antistitem
 recurratis, qui Apostolica fultus auctoritate,
 quae postulantur indulgeat. Obeunte vero
 te, nunc eiusdem loci Abbate, vel tuorum
 quolibet successorum, nullus ibi, qualibet
 subreptionis astutia seu violentia, praepo-
 natur, nisi quem fratres communi consensu,
 vel fratrum maior pars consilii sanioris, se-
 cundum Deum, & Beati Benedicti regulam,
 providerit eligendum; Quod si forte, quod
 absit, in suo Collegio invenire nequiverint,
 qui huic regimini idoneus habeatur, liceat
 eisdem de quocunque maluerint loco, sui or-
 dinis & professionis suae, assumere.

Pro-

„ Prohibemus insuper , ut nullus Ab-
„ batum *Rosensfeldensium* bona Monasterii de no-
„ vo infeudare , vel vendere , seu pignori ob-
„ ligare , vel alio quolibet titulo , in consulto
„ Romano Pontifice , ac sine consensu maioris,
„ & sanioris partis Capituli nostri , praesumat,
„ Praeterea decernimus , sicut Antecessores
„ nostri praedicti, *Adrianus, Alexander, Innocen-*
„ *tius, Gregorius,* decrevisse, noscuntur , ne ali-
„ cui Archi-Episcopo, vel Episcopo, seu alii Ec-
„ clesiasticae, secularive, personae, aliqua di-
„ sponere vel ordinare , aut exactiones , vel
„ paratas recipere , sine consensu & voluntate
„ fratrum ibi Deo servientium , liceat , sed
„ tantum Romanorum Pontifici ad servien-
„ dum teneatur; . Ad haec statuentes sanci-
„ mus , ut nullus unquam monasterii nostri
„ Advocatus esse praesumat, nisi quem fratres
„ communi consensu providerint eligendum;
„ sepulturam quoque ipsius loci decernimus
„ liberam esse , ut eorum devotioni & extre-
„ mae voluntati, qui se illic sepeliri delibera-
„ verint, nisi forte excommunicati vel inter-
„ dicti sint , aut etiam publici Usurarii, nullus
„ obstat , salva tamen iustitia illarum Eccle-
„ siarum, a quibus mortuorum corpora assu-
„ muntur. Decernimus ergo, ut nulli omni-
„ no hominum fas sit, praefatum monasterium
„ temere perturbare , aut eius possessiones au-
„ ferre , aut Abbatem retinere, minuere, seu
„ quibuslibet fatigationibus fatigare, sed om-
„ nia integra conserventur eorum, pro quo-

rum gubernatione ac sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura, salva se- dis Apostolicae autoritate, ac in praedictis Capellis Diocesani Episcopi Canonica iustitia. Ad indicium autem perceptae hujus a Romana Ecclesia libertatis, secundum quod *Udo* Marchio, cum fratre suo *Rudolpho*, & matre *Oda*, in quorum patrimonio monasterium ipsum situm est, instituisse dinoscitur, per annos singulos Bizantium * nobis, nostrisque successoribus, persolvetis. Si qua igitur in futurum Ecclesiastica, secularisve persona, hanc nostrae Constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, nisi reatum suum digna satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui careat dignitate, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, a sacratissimo corpore ac sanguine Dei & Domini, redemptoris nostri Jesu Christi, aliena fiat, atque in extremo examine divinae subiaceat ultioni. Cunctis autem, ejusdem loci sua jura servantibus, sit Pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus & hic fructum bonae actionis percipiant, & apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen.

M

Ego

* *Bizantius* erat nummus aureus, ab Imperatoribus Constantinopolitanis usus Constantinopoli, quae

olim Bizantium, unde Monetae nomen. DV
FRESNE.

Ego ALEXANDER Catholicae Ecclesiae
Episcopus.

Bonifacius VIII. Pontifex Max. privilegia
& iura, a suis Prædecessoribus Monasterio *Haf-*
sefeldt concessa, omnia & singula, 7mo Ka-
lend. Octobris, Pontificatus sui anno tertio,
confirmat.

„VRBANVS Episcopus, servus servo-
„rum Dei, dilectis filiis, Abbati de *Luneborch*,
„& Praeposito Ecclesiae de *Ebbekestorpe*, Ver-
„densis Dioecesis, & Scholastico sancti Mau-
„ricii, *Hildefemensis*, salutem & Apostolicam be-
„nedictionem. Significarunt nobis dilecti filii,
„Abbas & Conventus Monasterii *Rosenfeldensis*,
„ad Romanam Ecclesiam nullo medio perti-
„nentis, ordinis sancti Benedicti, Bremensis
„Dioecesis, quod folicis recordationis *Adria-*
„nus primo, & post modum quam plures alii, ad
„instar ejusdem prædecessoris nostri, Romani
„Pontifices, Monasterium ipsum a iurisdic-
„tione ordinaria per specialia privilegia totaliter
„eximentes, voluerunt, ut illud Romanae
„tantum Ecclesiae subiaceret. Verum prae-
„textu cuiusdam privilegii, a quodam schisma-
„tico, qui tempore foelicis recordationis *Ale-*
„xandri, Papae III. prædecessoris nostri, pro Ro-
„mano Pontificae se gerebat, seque *Victorem*
„faciebat vocari, concessi, inter alia continen-
„tis, quod idem *Victor* nominatum Manaste-
„rium Bremensi Ecclesiae submittebat; tam
„quondam *Alberoni*, proximo Prædecessori eius-
„dem Abbatis, quam ipsi Abbati, successive
„ fuit

fuit per *Bremensem* Archiepiscopum manus confirmationis inpensum; quanquam alii Abbates, qui pro tempore ipsi Monasterio praefuerunt, usque ad tempus dicti *Alberonis*, plene usi fuissent privilegiis supradictis. Cumque postmodum dictus Abbas praefatum Privilegium nominati *Victoris* intelligens esse falsum, venerabili fratri nostro Archi-Episcopo Bremensi, tanquam Diocesano, noluerit obedire, pro ut etiam nec debebat, idem Archi-Episcopus, contra ipsum Abbatem & praefatum Monasterium propter hoc rancore concepto, damna gravia per devastationem bonorum suorum eidem monasterio irrogavit, ita quod per tres annos proxime praeteritos nequivit idem Abbas ab eodem Monasterio sufficientem sustentationem habere; qui etiam, propter metum ipsius Archi-Episcopi, non fuit ausus in ipso Monasterio commorari. Unde nobilis vir, Dux de *Brunsvvich*, quem in suum defensorem seu Advocatum, pro ut poterat per privilegia concessa Monasterio eidem, assumpserat, sibi, ob hoc ab eodem monasterio exulanti, divinae pietatis intuitu vitae necessaria ministravit. Quare dictus Abbas nobis humiliter supplicavit, ut super hoc iure Ecclesiae Romanae dictique Monasterii indemnitati salubriter praecaventis, quod circa confirmationem electionum, dictorum Abbatis & praedecessoris sui, per praefatum Archi-Episcopum taliter factum est, nullum penitus nunciari, sibi que auctoritate Apo-

„ stolica munus benedictionis impendi; no-
„ minatum vero Archi-Episcopum compelli,
„ vt de huiusmodi damnis & iniuriis illatis,
„ sibi & praedicto Monasterio satisfaciat, fa-
„ ceremus. Quia vero nobis non constat
„ de praemissis, discretioni vestrae per Apo-
„ stolica scripta mandamus, quatenus vocatis,
„ qui fuerint evocandi, audiatis causam, et
„ eam infra unum annum, a receptione praesen-
„ tium, iudicio, vel si de partium voluntate pro-
„ cesserit, concordia, terminare curetis. Fa-
„ cientes, quod decreveritis, auctoritate nostra
„ firmiter observari. Testes autem, qui fue-
„ runt nominati, si se gratia, odio, vel timore
„ subtraxerint, per Censuram Ecclesiasticam,
„ appellatione cessante, compellatis veritati
„ testimonium perhibere. Alioquin ex tunc
„ causam ipsam, instructam vel non instructam,
„ remittatis ad Apostolicae sedis examen; Prae-
„ fixo partibus termino peremptorio compe-
„ tenti, quo per se, vel per procuratores ido-
„ neos, compareant coram nobis, facturae &
„ recepturae, super his quod ordo dictaverit, ra-
„ tionis. Diem vero citationis & formam &
„ quicquid inde feceritis nobis vestris literis,
„ harum seriem continentibus, studeatis fideli-
„ ter intimare. Quod si non omnes his ex-
„ equendis potueritis interesse, duo vestrum
„ nihilominus exequantur. Datum apud Ur-
„ bem Veterem V. Idus Mart. Pontificatus no-
„ stro anno secundo.

TRANSACTION

*inter Rev. Capitulum Bremense, & Ecclesiam
Rosenfeldensem.*

GERHARDUS, Dei gratia Sanctae Bre-
mensis Ecclesiae Archi-Episcopus Secun-
dus, omnibus, hoc scriptum cernentibus, sa-
lutem in vero salutari. Quoniam ad hoc,
Domino largiente, ad Pontificalis culminis vo-
cati sumus dignitatem, quatenus Ecclesiarum
commodis insilire, & pro earum statu tran-
quillo satagere semper debeamus; notum
esse volumus, tam praesentibus quam futu-
ris, quod cum Capitulum *Bremensis* Ecclesiae,
& monasterium *Hersfeldense*, super libertate
ipsius Monasterii diu litigassent, Nos tan-
dem saniori habito consilio, consentientibus
nobis, tam Capitulo, quam saepe dicto Mona-
sterio, talem inter nos laudabilem consuetu-
dinis formam invenimus: quod iam dictum
Monasterium libertatem, cum suis Privilegiis
indultam, firmiter assererat, quiete posside-
ret, donando eadem privilegia, Apostolicae
sedis praesentata iudicio, a quo videbantur
condita. Nihilominus impetravimus, prae-
sentibus etiam protestamur, quod Abbas &
Fratres, iam saepius dicti Monasterii, lectis
primo coram nobis suis privilegiis, Nos,
quam diu videremur idonei, in advocatum
constituerent Ecclesiae, secundum antiquam
ipsius Ecclesiae consuetudinem approbatam,
quod possemus Censum, qui vocatur *Vo-*

„gelschat, * cuius medietatem, vt ab ipsis,
 „licet ipsorum litonibus, sine voluntate Ab-
 „batis vel ipsius licentia, petere. Ne ergo
 „aliquis Successorum nostrorum aliquid contra
 „nostram electionem usurpare praesumat,
 „cum nullus Antecessorum nostrorum ipsam
 „advocatiam habuisse dinoscatur, praesentem
 „paginam fecimus nostro sigillo roborari.
 „Testes sunt huius facti: *Christophorus*, Abbas de
 „*Stadio*, *Alabrandus*, Praepositus *S. Georgii*,
 „*Theodoriens* Praepositus in *Zevena*, *Otto* ad-
 „vocatus, *Henricus* de *Borch*, *Segebado*, Fra-
 „ter eius, *Theodorus* de *Haseltorpe* & alii quam
 „plures. Acta sunt haec anno MCCXXI. in
 „Monasterio *Hassfeldt*. VIII, Kalend. Fe-
 „bruarii feliciter Amen.

*Datur Abbati in Hassfeldt potestas a ca-
 sibus quibusdam, sedi Apostolicae reser-
 vatis, suos confratres absolvendi.*

„**A**NTONIUS, miseratione divina Episco-
 „pus *Portuensis*, Religioso viro Abbati
 „Monasterii, *Beatae Mariae*, & *Bartholomaei*,
 „in *Rosenfelde*, ordinis *Sancti Benedicti*, *Bre-*
 „*mensis* Dioecesis, salutem in Domino. Por-
 „rectis nobis, ex parte omnium Monachorum
 „& converforum Professorum dicti tui Mona-
 „sterii, supplicationibus, quantum cum Deo
 „possumus favorabiliter annuentes, auctoritate
 „Do-

* Alii Codices habent *Vogelscherf*.

Domini Domini Papæ primario, una cum
 Reverendo in Christo Patre Domino Petro,
 eadem miseratione Episcopo *Tusculensi*, curam
 gerimus, discretioni tuae committimus, qua
 tenus ipsorum Confessione diligenter audita,
 si inveneris eos, vel eorum aliquos, in se ipsos
 aliasque religiosas Personas, probos & cleri-
 cos seculares, manus violentas usque & ci-
 tra sanguinis effusionem miscendo, absque
 tamen alio excessu difficili vel enormi; arma
 infra septa dicti Monasterii & extra tenendo
 & portando; ad taxillos & alios illicitos lu-
 dos ludendo; Tabernas, Hortos, Vineas,
 Prata, Blada & alia loca vetita & inhonesta
 intrando; eorum habitum, non tamen animo
 apostotandi, temere dimittendo; obedientiam
 eorum superioribus denegando & contra eos
 conspirando; septa dicti Monasterii sine li-
 centia exeundo; Eucharistiam & alia sacra-
 menta Ecclesiastica ministrando aliquibus per-
 sonis, Parochialium Presbyterorum licentia
 non obtenta; excommunicatis & interdictis
 praesentibus Divina officia celebrando, &
 cum eis aliisque, non tamen in crimen, par-
 ticipando; collectas, tallias, decimas &
 alias impositiones & debita, nec non doctori-
 bus, Magistris, Pedellis & Banchariis salaria,
 quibus tenebantur, statutis terminis non
 solvendo; constitutiones, insuper, statuta
 & mandata alia generalia, tam Provincialia
 quam syndodalia, Legatorum, Delegatorum,
 Sublegatorum, Executorum, Subexecu-

torumque sedis Apostolicæ & aliorum judi-
cum officialium, Rectorum Scholarum &
aliorum superiorum suorum & regularium
mandatorum, ac statuta sui ordinis transge-
diendo, Excommunicationis, Suspensionis,
& Interdicti incurrisse sententias, in tales
generaliter promulgatas; periuria & pecca-
ta alia commisisse, horasque Canonicas di-
cendo omisisse, postquam passis iniuriam si
non satisfecerunt, & aliis, si quibus per præ-
dicta periuria vel aliis ex præmissis, ad sa-
tisfactionem tenentur, non satisfecerint com-
petenter, ipsos a dictis sententiis, perjurio-
rum reatibus, horarum prædictarum omif-
sione ac peccatis eorum aliis, nisi alia sunt,
propter quae merito sit sedes consulenda,
prædictos absolvas, hac vice favore religio-
nis, in forma Ecclesiae consueta, & injuncta
inde eorum cuilibet, pro modo culpæ, poeni-
tentia salutari, & aliis de iure iniungendis,
quodque, si licita fuerint iuramenta, ad eo-
rum & dictarum horarum observantiam re-
deant, ut tenentur; Eisque, qui in minori-
bus vel sacris ordinibus sunt constituti, ad
tempus, pro ut expedire videris, a suorum or-
dinum executione suspensis, demum suffra-
gantibus eis meritis & alia canonica non
obstante superirregularitate, qua sic forte
ligati per simplicitatem & iuris ignorantiam,
in suis, non tamen in contemptum cla-
vium, ordinibus ministrando, vel aliis se-
officiis immiscendo divinis, contraxerunt,
di-

dispensas auctoritate praedicta cum eisdem. “
Datum *Bononiae* pridie 9. Martii. Pontifica- “
tus Domini Johannis Papæ XXIII. anno “
primo. “

Anno 1242. 4. d. Mai. Monasterium *Hassefeldt* incendio prorsus fuit absumptum. Archi-
Episcopus tum fuit *Gerbardus II.* Comes *Lippien-*
sis, Præpositus *Paderbornensis*. *Innocentius VI.*
dedit Ecclesiae *Rosenfeldensi* potestatem deci-
mas emendi, & recipiendi, modo valor ea-
rum 20 marcas argenti non excedat.

Ab anno 1228. Rdi Domini, ELIAS,
JOANNES, THOMAS, HENRICUS,
ELVERVS, & HARTMANNUS, us-
que ad annus 1320. Archiabbatiae dignitatem,
prout ex libro mortuorum constat, sustinue-
runt; quot annis, & quibus, eorum nominato-
rum unusquisque Archiabbatem egerit, annales
non produnt.

Anno 1320. THEODORICUM, Archi-
abbatem, decimam in *Bardesflete* ab *Henrico de*
Borch emisse, testantur literæ in archivo depo-
sita; quo die obierit nullibi reperitur.

Post hunc Ecclesiae huic praefuere NICO-
LAUS. Hic aere suo comparavit iudicium apud
Estam fluvium, dimidiam decimam zu *Ritzke*,
decimam in *Inten* &c. susceptus etiam in vasa-
lum a Castellanis in *Horneborch*.

Anno 1357. huius in Archiabbatia Suc-
cessor fuit WERNERUS, qui adiecit bonis
monasterii curiam unam in *Orestorpe*, ac cum
Archi-Episcopo *Bremensi Alberto*, sub annum

Domini 1367 pacis condiciones iniit, pro ut literae in archivo depositae attestantur.

GERLACUS SCHULTE, Archiabbas aeterna memoria dignissimus, dimidiam partem bonorum huius Ecclesiae, tum in terra *Gest*, tum in terra *Majch*, cõemit, multaque bona ad charitatem suorum confratrum, vt ex infra scriptis patebit, dedit. Viam vero vniuersae carnis ipsa die *Barbarae*, Virginis ac Martyris, anno, post partum Virgineum, quadringentesimo decimo super millesimum iniit. Corporis eius urna summa cum honorificentia in capella *Sti Ioannis* Evangelistae recondita, ex qua anno 1539 in summam Ecclesiam per ARNOLDUM BICKER, Archiabbatem, translata est.

BONIFACIUS, Papa Octavus, concedit Archiabbati GERLACO in *Hassfeldt*, eiusque successoribus, ius utendi *Mitra Baculo Pastoralis &c.*

„BONIFACIUS, Episcopus, servus ser-
 „rum Dei, dilectis filiis *Gerlaco* Archiab-
 „bati & conventui Monasterii in *Hassfelde*,
 „ordinis S. Benedicti, *Bremensis* Dioecesis, salu-
 „tem & Apostolicam benedictionem. Ex-
 „poscit vestrae devotionis sinceritas & reli-
 „gionis promeretur honestas, vt tam vos,
 „quos speciali dilectione prosequimur, quam
 „Monasterium vestrum, dignis honoribus at-
 „tollamus. Hinc est, quod nos vestris in hac
 „parte

parte supplicationibus inclinati, vt tu, fili Ar-
 chiabbas, & successores tui, Archiabbates dicti
 Monasterii, qui pro tempore fuerint, Mitra,
 Annulo & aliis Pontificalibus insigniis, libere
 possitis uti, nec non, quod in dicto Monasterio
 subiectis, ac Parochialibus & aliis Ecclesiis, ad
 nos communiter vel diuisim pertinentibus,
 quamvis nobis pleno iure non subsint, bene-
 dictionem solennem post Missam, Vesperarum
 & Matutinarum solennia, dum modo in be-
 nedictione huiusmodi aliquis Antistes, vel
 sedis Apostolicae Legatus, praesens non fue-
 rit, elargiri possitis. Foelicis recordationis
Alexandri, Papae IV. Praedecessoris nostri,
 quae incipit: *Abbat*, & aliis quibuscunque
 Constitutionibus Apostolicis in contrarium
 editis, nequaquam obstantibus vobis & eis-
 dem successoribus, auctoritate Apostolica de-
 speciali gratia tenore praesentium indulge-
 mus. Nulli ergo omnium hominum liceat
 hanc paginam nostrae concessionis infringe-
 re, vel ei ausu temerario contraire. Si quis
 autem hoc attentare praesumpserit, indigna-
 tionem omnipotentis Dei & Beatorum Petri
 & Pauli, Apostolorum eius, se noverit incur-
 surum. Datum *Rome* apud S. Petrum 17.
 Calend. Aprilis, Pontificatus nostri anno
 quinto.

*Super Vicaria S. Iohannis Evangelistae
in ambitu.*

„ **I**n nomine Sanctae & Individuae Trinitatis!
 „ GERLACUS, Dei, & Apostolicae sedis
 „ gratia, Archiabbas Monasterii S. Mariae in
 „ *Hertzevelde*, ordinis S. Benedicti, *Bremensis*
 „ Dioecesis, omnibus Christi fidelibus praesen-
 „ tia visuris & audituris, gestae rei notitiam
 „ cum salute. Nam temporalis expirat actio,
 „ nisi robur accipiat a testibus & a scripto, &
 „ quae geruntur in tempore, ne labantur cum
 „ tempore, poni solent sub lingua testium &
 „ testimonio literarum. Hinc est, quod nos
 „ *Gerlacus*, Archiabbas praedictus, de communi
 „ consensu ac unanimi voluntate Dominorum
 „ *Engelberti* Prioris, *Hinrici Caveel* Camerarii,
 „ *Hinrici de Iorcke* Custodis, *Conradi Gudebendem*
 „ Hospitalarii, *Marquardi de Bachtenbroke* Ma-
 „ gistri charitatis, *Nicolai de Becke* Infirmarii,
 „ *Christiani Blomendal* ac *Gerlaci de Dalenbusen*,
 „ totiusque conventus Monasterii nostri prae-
 „ dicti, omniumque, quorum interest, seu
 „ interesse poterit quomodo libet in futurum,
 „ causa & occasione quorundam bonorum, per
 „ nos dicto nostro Monasterio acquisitorum &
 „ appropriatorum, dedimus & assignavimus
 „ & praesentibus irrevocabiliter damus & assi-
 „ gnamus ad pios usus, perpetuis temporibus
 „ duraturos, bona subscripta & redditus infra
 „ scriptos percipiendos & distribuendos, ut in-
 „ ferius describitur. Primo, duas Petias terrae
 „ arabilis

arabilis, sitas in Parochia *Lhu lapidea* * prope "
 curiam nostram, *Nesse* vulgariter nuncupatam, "
 cum decima dictarum duarum petiarum, tam "
 majori quam minuta, ac omnibus iuribus, fru- "
 ctibus, obventionibus ac attinentiis univer- "
 sis, qualiacunque etiam valeant nominari, "
 prout hucusque ad nostram Abbatiam prae- "
 dictam noscebantur pertinere, quarum pe- "
 tiarum unam nunc colit *Petrus*, dictus *Beding*, "
 & reliquam *Arnoldus*, dictus *Muhlenhardt*, pro "
 nunc inhabitantium atque colentium; vo- "
 lentes nihilominus & ordinantes, quod redi- "
 tus de & ex eisdem duabus Petiis pro ve- "
 nientes per Archiabbatem dicti nostri Mona- "
 sterii, qui pro tempore fuerit, committan- "
 tur idoneae personae seculari, actu Sacerdoti, "
 vel saltem, qui poterit infra annum ad Sacer- "
 dotium promoveri, qui per se, vel alium "
 idoneum Sacerdotem qualibet septimana tres "
 missas celebrabit, seu celebrari procurabit, "
 & personaliter in *Hersefelde* residebit. Item "
 damus & assignamus Domino Priori & uni- "
 versis fratribus, Monasterii nostri praedicti, "
 qui pro tempore fuerint, redditus octo Mar- "
 carum, Hamburgensis Monetae, perpetuos "
 in & de decima nostra in *Bostele*, Parochiae "
Bützflethe, singulis annis in Festo Nativitatis "
 Christi solvendos & tollendos, primo & "
 principaliter expedite & per Dominum "
 Priorem dicti Monasterii, qui pro tempore "
 fuerit, duobus temporibus anni distribuen- "
 dos "

* Hodie *Steinkirchen*.

dos in hunc modum: videlicet duas Marcas,
prima die Feriali post octavas corporis
Christi, & duas Marcas, feria quarta proxima
post Festum Beati *Dionysii*, Sociorumque eius,
omnibus fratribus supradicti nostri Monaste-
rii, Sacerdotibus & emancipatis, qui quo-
libet termino praedictorum Missam de Beata
Virgine Maria solenniter & in organis de-
cantabunt, & unus quisque illorum, qui
fuerit sacerdos, Missam de Domina nostra
celebrabit, nisi fuerit infirmitate gravatus,
vel aliis legitimis negotiis Monasterii nostri
praepeditus. De reliquis quatuor Marcis,
Prior, qui pro tempore fuerit, dabit fratri-
bus, in anniversario nostro in vigiliis &
vesperis existentibus, duas Marcas, inter se
aequaliter dividendas, & de mane in Missa
pro defunctis cantando existentibus, & per
se Missam pro defunctis legentibus, unam
Marcam, aequaliter dividendam. Sed de
dictis tribus Marcis cuilibet claustrali quoli-
bet termino unum solidum ministrabit. De
octava quoque Marca, unum lumen cereum
perpetuo procurabit, quod in summis Festi-
vitatibus per totam Missam, & in aliis diebus
infra silentium cremabit & ardebit. Item
damus & assignamus Domino Priori, nostri
Monasterii praedicti, qui pro tempore fue-
rit, praefatam pecuniam, sicut praemitti-
tur, ministranti, redditus viginti quatuor so-
lidorum, quos habemus in & de censu in
Ninkope, *Grevenschat* appellato, suo pro la-
bore

bore. Item damus & assignamus ad charita-
 tem fratrum nostrorum prædictorum redditus
 sex Marcarum perpetuos, videlicet quatuor
 Marcarum redditus, quos habemus in & de bo-
 nis *Marquardi Hatzenklauen* Parochiæ *Zester-*
flete, & redditus duarum Marcarum, quos
 habemus in & de bonis sitis in *Bardesfletbe*,
 quae pro nunc colit *Hennekinus Hhebe*, singulis
 annis, in Festo *D. Petri* ad Cathedram exaltati,
 sublevandos. Item damus & assignamus Cu-
 stodi, sive Thesaurario nostri Monasterii re-
 ditus unius marcæ perpetuos in & ex eisdem
 bonis sitis in *Bardesfletbe* percipiendos termi-
 no prænotato, pro quibus fratribus, nostri
 Monasterii matutinas canentibus, qualibet
 nocte dabit duo parva lumina, quae pro
 illo officio sufficere videntur. Item volu-
 mus & ordinamus, quod Dominus Archiab-
 bas nostri Monasterii, qui pro tempore fuerit,
 singulis annis perpetuis temporibus dabit
 unam stipam, feria tertia ante festum Corpo-
 ris Christi, in honorem omnipotentis Dei &
 suae Sanctissimæ Matris *Mariae*, sancti *Bar-*
tholomaei Apostoli, sancti *Benedicti* Confesso-
 ris ac omnium sanctorum, omnibus paupe-
 ribus tunc præsentibus. Quas quidem Elee-
 mosynas, Domino favente, temporibus vitae
 nostrae personaliter volumus ministrare.
 Insuper Dominus Archiabbas, qui pro
 tempore fuerit nostri Monasterii, per
 iuramentum præstitum seu præstandum,
 nullum de fratribus ad obedientiam recipiet,
 nisi

„ nisi prius praestiterit iuramentum, de omni-
 „ bus ac singulis, in hac litera contentis, firmi-
 „ ter & inviolabiliter observandis, exceptioni-
 „ bus quibuslibet praetermissis. Ut autem
 „ praemissa, omnia & singula, firma & incon-
 „ vulsa perpetuo maneant, Nos *Gerlacus*, Archi-
 „ abbas, totusque Conventus supradicti Mo-
 „ nasterii in *Hersevelde*, praesentem paginam
 „ cum appensione nostrorum sigillorum du-
 „ ximus roborandum. Testes sunt, qui prae-
 „ sentes erant, discreti viri *Theodoricus de Vorde*,
 „ Rector Ecclesiae Parochialis in *Ottorndorpe*,
 „ *Ludolphus*, dictus *Olde*, *Iohannes*, dictus
 „ *Vritzelde*, Clerici; *Iohannes de Alden*, & *Bar-*
 „ *tholdus*, dictus *Stoppeke*, Famuli *Bremensis* &
 „ *Mindensis* Dioecesium, & alii quam plures
 „ fide digni. Datum & Actum *Hersefelde*, an-
 „ no Domini Millesimo Tricentesimo Octua-
 „ gesimo Sexto, feria sexta proxima ant festum
 „ Pentecostes.

*Super eadem Vicaria Sancti Iohannis
 in ambitu.*

„ In nomine sanctae & individuae trinitatis.
 „ Amen! GERLACUS, Dei gratia Ar-
 „ chiabbas Monasterii Sanctae Mariae in *Her-*
 „ *sevelde*, ordinis sancti Benedicti, *Bremensis*
 „ Dioecesis, omnibus Christi fidelibus praesen-
 „ tia visuris, seu auditoris, rei gestae notitiam,
 „ cum salute. Nam temporalis expirat actio,
 „ nisi robur accipiat a testibus & a scripto, &
 „ quae geruntur in tempore, ne labantur cum
 tem-

tempore, poni solent sub lingua testium & testimonio literarum. Cum a nobis petitur, quod justum est, tam vigor aequitatis, quam ordo exigit rationis, ut illud per nos ad debitum perducatur effectum. Et licet pia devotioni ac justis desideriis bonorum hominum sit semper annuendum; potius tamen illis, per quos Deus in quotidianis sacrificiis honoratur & colitur, cultus divinus augmentatur, vivi ac defuncti sedulis orationibus adjuvantur. Hinc est, quod nos *Gerlacus*, *Archi-Abbas* praedictus, de communi consensu & voluntate Dominorum *Engelberti* Prioris, *Hinrici Cavel Camerarii*, *Hinrici de Jercke Custodis*, *Conradi Buckolben Hospitalarii*, *Marquardi Bachtenbroke Magistri charitatis*, *Christiani Blomendal Infirmarii*, *Tiderici de Hardenstrome* ac *Johannis Schulten*, totiusque conventus Monasterii nostri praedicti, omniumque, quorum interest, seu interesse poterit quomodolibet in futurum, annuimus discreti viro, Domino *Tiderico de Vordis*, perpetuo Vicario vicariae, fundatae & instauratae in Capella sancti *Johannis Evangelistae* in ambitu nostri Monasterii per Dominum *Albertum de Holdenstede*, quondam Rectorem Ecclesiae in *Osta* & dotatae cum una petia terrae arabilis sita in *Drochtersen*, quam nunc colit *Johannes*, dictus *Stuzemann*, habente bona Monasterii Sancti *Viti* in *Zevena* versus orientem, & bona puerorum *Paridami de Osta*, quondam consulis *Stadensis*, versus occiden-

,,tem & cum bonis sitis in nova Parochia
 ,, *Lhii*, prope *Horneborch*, quae nunc colit *Ber-*
 ,, *tholdus Sorat*, habentibus bona spectantia ad
 ,, curiam *Mosta* versus Austrum, & bona Re-
 ,, ctoris Capellae in *Horneborch* versus Aquilo-
 ,, nem; tali modo, quod post mortem Domi-
 ,, ni *Marquardi de Brocke*, alias dicti *Hubberth*,
 ,, cum idem Dominus *Albertus* dictam vicari-
 ,, am dimisit, ipsam vicariam uni de fratribus
 ,, nostri Conventus conferre possemus, seu
 ,, Successor noster conferre posset pro lubitu
 ,, voluntatis, quod ipse Dominus *Tidericus de*
 ,, *Vordis*, dictam Vicariam augmentavit &
 ,, melioravit cum redditibus novem marcarum
 ,, in curia *Johannis de Zesterflete*, & bonis eidem
 ,, adjacentibus, sitis in Parochia *Lhu lapidea*,
 ,, ubi municipium est constructum, & cum re-
 ,, ditibus quinque marcarum in quadam curia,
 ,, sita in *Ditherskope*, habente bona *Mechtildis*, re-
 ,, lictae quondam *Wolteri*, versus orientem, &
 ,, bona *Henekini*, dicti *Hovemester*, versus occi-
 ,, dentem, quam nunc colit & inhabitat
 ,, *Bartoldus*, dictus *Stavele*, praedicti vero redi-
 ,, tus novem marcarum reemi possunt singulis
 ,, annis in festo Paschae pro centum marcis,
 ,, ut in litera, super hoc confecta, continetur;
 ,, & redditus quinque marcarum eodem termi-
 ,, no reemi possunt pro quinquaginta marcis,
 ,, pensionibus illius anni tunc proxime prae-
 ,, teriti prius persolutis. Quoniam, si reempti
 ,, fuerint, pecuniam, de reemtione provenien-
 ,, tem, in alios certos redditus convertere volu-

mus & debemus, praefatusque Dominus
Tidericus nobis humiliter supplicavit, quod
 post obitum ipsius de memoratis redditibus,
 per eum appositis, *Johanni Brunonis*, alias di-
cto de Vordis, Scholari, nunc sibi fervienti,
 sex marcarum redditus dare vellemus ad
 tempora suae vitae. De aliis quoque rediti-
 bus supermanentibus quatuor marcarum re-
 ditus singulis annis accipere vellemus pro
 memoria ipsius Domini *Tiderici*, duobus
 temporibus anni peragenda, & ad hoc cer-
 tos terminos statuere vellemus ad nutum
 nostrum. Reliquos etiam redditus, tunc su-
 permanentes, uni describere nostri Con-
 ventus, & etiam praedictos redditus sex
 marcarum post obitum praefati *Johannis Bru-*
nonis uni alteri de fratribus nostri Conventus,
 ita quod quilibet eorum in qualibet septi-
 mana tres missas pro vivis ac defunctis ce-
 lebraret, committere dignaremur. Nos
 vero supplicationibus praefati Domini *Tide-*
rici, propter multimoda servitia ac etiam be-
 neficia per ipsum, nobis & nostro Monaste-
 rio, saepius facta & impensa, favorabiliter in-
 clinati, eidem gratiose concessimus & conce-
 dimus, & in his scriptis ad haec nos & no-
 stros successores firmiter adstringimus, quod
 de memoratis redditibus praenominato *Jo-*
hanni Brunonis, alias *de Vordis* nuncupato,
 sex marcarum redditus tradere volumus &
 debemus, duntaxat ad tempora suae vitae, ta-
 li conditione adjecta, si ipse *Johannes* in sta-

tu clericali permanferit, & cum ad debitos
annos pervenerit, quod ad sacros ordines
promoveri poterit, quam cito tunc com-
mode poterit, fe fecerit promoveri, &
quamdiu, ut praefertur, promotus non
fuerit, eosdem redditus percipiet expedite.
Sed fi, quod abfit, in ftatu Laicali effe ma-
luerit, de dictis redditibus nihil tenebuntur
sibi dare; etiam quatuor marcarum redditus
accipere volumus pro memoria ipsius Do-
mini *Tiderici* peragenda, qui redditus decem
marcarum primo & principaliter de certio-
ribus bonis & redditibus praedictis recipi de-
bent per dicti nostri Monasterii Magiftrum
Charitatis, & dicto *Johanni Brunonis* dari &
statutis per nos temporibus fratribus nostri
monasterii distribui, ut praedicitur, pro me-
moria dicti Domini *Tiderici* facienda. Ac om-
nia & fmgula, ut praemittitur, expreffa fic
fervare volumus, ficut per ipsam Dominum
Tidericum de Vordis fuperius extitit supplica-
tum; praelibatum etiam Dominum *Tideri-
cum de Vordis* ad residentiam in memorata
Vicaria faciendam, vel ad aliqua onera sup-
portanda, quam diu vixerit, nolumus
nec debemus quovis modo contra volunta-
tem fuam coarctare. In quorum omnium
& fingulorum evidens testimonium figilla
nofta, fcilicet Abbatis, & Conventus Prae-
dictorum, ex certa nofta fcientia, praesen-
tibus funt appensa. Datum & actum in no-
ftro Monasterio Praedicto anno Domini
Mille-

Millesimo Trecentesimo Nonagesimo Sexto. “
 Dominica die, qua cantatur: *Quasimodogeniti* “
Infantes.

*Super 16 marcarum redditus, de decima
 in Bostel, nec non 14 marcarum redi-
 tus in Bützfleete,*

GERLACVS, Dei & Apostolicae sedis “
 gratia Archi Abbas, *Hinricus* Prior, to “
 tusque Conventus Monasterii in *Hersevelde*, “
 ordinis Sancti Benedicti, *Bremensis* dioecesis “
 universis & singulis, praesentibus & futuris “
 & quibus infra scriptum tangit negotium, “
 seu tangere potuerit quomodolibet in futu- “
 rum, cupimus esse notum publice in his scri- “
 ptis protestando. Cum nos *Gerlacus*, Archi- “
 Abbas praedictus, propter aquarum inundan- “
 tiam & aliorum temporalium devastationem, “
 redditus Monasterii nostri sunt adeo devasta- “
 ti & attenuati, nec non ad tantam devenie- “
 bamus inopiam, quod Fratribus nostri Mo- “
 nasterii singula ipsis necessaria, juxta regulae “
 nostrae continentiam ministrare non possu- “
 mus, & ad evitandam discordiam, quantum “
 cum Dei adjutorio possumus, quae inter nos “
 nostrosque Successores, Priores & Fratres “
 nostri Monasterii inde verosimiliter posset ex- “
 oriri, cum Domino *Hinrico*, Priore & Fra- “
 tribus Conventus nostri praetacti, matura “
 praehabita deliberatione concordavimus & “
 praesentibus concordamus, in hunc modum, “

„ quod Archi-Abbas, pro tempore existens, de
 „ consensu fratrum ordinabit unum de fratri-
 „ bus, qui sublevabit sedecim marcarum redi-
 „ tus in & de Decima nostra in *Borstele*, & de
 „ curia eidem decimae adjacenti, in quibus
 „ decima & curia prior jam dudum octo mar-
 „ carum reditus habuit & habet, quas octo
 „ marcarum reditus ipse & successores sui ante
 „ omnia de dictis decima & curia sublevabunt
 „ a collectore, nec non quatuordecim mar-
 „ carum reditus de curia nostra in *Buetesflete*
 „ & in sedecim jugeribus terrae arabilis, eidem
 „ curiae adjacentibus, quam pro nunc colit
 „ *Iohannes Stint*, loco pullorum praebendalium,
 „ quoniam dabantur & commutati fuerunt
 „ pro placentis, vulgariter dictis *Smoltfladen*, ac
 „ praebenda *Fleubotomiae*, in vulgari dicta *Stuginghe*,*
 „ qui quidem triginta marcarum reditus sin-
 „ gulis annis, ut infra annotatum, dividuntur;
 „ in primis quod recipiantur sex Marcae de de-
 „ cima, quae sex marcae inter fratres emanci-
 „ patos in Carnisprivio pro praebenda *Fleubo-*
 „ *tomiae* singulis annis, quibus ipsa de jure tene-
 „ tur, dividantur, & una marca collectori
 „ dictarum redituum in suorum laborum &
 „ ex-

* *Praebenda Fleubotomiae*
 dicta *Stuginghe*. Edoceri
 cupio, quid sit praebenda
Fleubotomiae. *Fleboto-*
mus, *Phlebotomum* est
 instrumentum, quo vena
 secatur. *Flebotomarius*

est Chirurgus, qui venam
 secat. *Praebendae Fleu-*
botomiae sunt fortasse por-
 tiones cibi ac potus, quae
 Monachis porriguntur istis
 diebus, quibus solebant
 flebotomari.

expensarum reconpensam. Residuum dicta-
 rum sedecim marcarum, videlicet novem
 marcae, inter fratres & pueros pro praebenda
 pullorum & servitii, quae communiter dici-
 tur *Dienstproven*, juxta consuetudinem prae-
 tacti nostri Monasterii, dividantur. Reliquas
 vero quatuordecim marcas, quae de curia
 jam dicta proveniunt, infra octavas *Iohannis*
Baptistae & Michaelis, more solito inter fra-
 tres emancipatos & pueros etiam, pro prae-
 benda pullorum & servitii, distribuuntur;
 Insuper ordinavimus & praesentibus ordina-
 namus, ob animae nostrae & Successorum
 nostrorum animarum salutem, & etiam ob
 rogatum Prioris & Fratrum nostri Conventus
 & Monasterii, ut eo ardentius Deum pro
 nobis & successoribus nostris interpellant,
 & ut Cellarius, pro tempore existens, in dictis
 triginta marcarum redditibus suam habeat
 portionem, quare nos etiam dimisimus, &
 dimittimus, in his scriptis pro nobis & Suc-
 cessoribus nostris portionem, quam hucus-
 que Praedecessores nostri & nos in commu-
 ni habuimus caritate, & si, quod absit, &
 Deus avertat, quod Redituarii de dictis de-
 cima & curia remissi fuerint in solvendo &
 de dictis bonis hujusmodi triginta marcarum
 redditus solvi non possent, quocumque casu
 hoc eveniret, & si quidem expensae & la-
 bores inde provenirent ex retardatione so-
 lutionis hujusmodi, illae expensae de dictis
 triginta marcarum redditibus recipi debe-
 ant,

„ant, & solvi per collectorem dictorum re-
 „dituum, secundum consilium uniuersorum
 „Fratrum & Conuentus nostri Monasterii. In
 „quorum omnium & singulorum evidens te-
 „stimonium, Nos *Gerlacus* Archi-Abbas, *Hin-*
 „*ricus* Prior, totusque Conuentus Monasterii
 „in *Hersevelde*, praesentem paginam nostrorum
 „sigillorum appensione fecimus communiri.
 „Datum & actum in loco nostro capitulari, sub
 „anno Domini Millesimo quadringentesimo
 „septimo; sequenti die sanctae *Catharinae*, Vir-
 „ginis & Martyris gloriosae.

Anno 1421. *Nicolaus*, Comes *Delmen-*
horstensis, Archi-Episcopus *Bremensis*, soluta
 obsidione arcis *Horneborch*, Duces *Lunebur-*
genses, quod Archi-Episcopus *Bremensis*
 magno agmine secundo eorum Ducatum per-
 vastasset, Monasterium *Hassfeldt* diuastarunt
 & incenderunt.

Anno 1384. nobilis Vir *Segebado Mar-*
schalck dotavit in Ecclesia *Rosensfeldensi* Vicari-
 am *St. Nicolai*, Episcopi, ob memoriam paren-
 tum filiorumque, per quendam ex Conuentua-
 libus, uti dictae Vicariae possessorem, annua-
 tim peragendam. Is quatuor marcarum redi-
 tus singulis annis sublevabit ex curia, in *Butz-*
flete sita, quam modo colit *Petrus Moer*; Item
 tres marcas de curia ibidem sita, quam inha-
 bitat *Joannes de Jorcke*; nec non quatuor mar-
 cas ex curia in *Bardesflete*, quam colit *Hencke*
Alberts.

JOHANNES SCHULTE, Archiabbas electus, confirmationem a Papa accepit. Praefuit Ecclesiae *Rosensfeldensi* annis viginti quatuor. Emit tres curias & catam in *Hagen*, curiam in *Woenstede*, curiam in *Rusti*, tres modios siliginis ex curia quadam in *Elstorp* &c. Memoriam insignem, quam subjicere placuit, fecit; migravit autem ex hac peregrinatione ad patriam perpetuam Anno 1444.

Ecclesia *Rosensfeldensis* morte Reverendi ac Nobilis Domini *Joannis Schulten* viduata, electione canonica surrogatus in ejus locum per Capitulares subsequentes Dn. *Vitum* Priorem, *Matthiam Grimneken* Seniore, *Henricum Parink*, *Henricum Thor Neie*, *Danielem de Stadis*, *Johannem Monckhausen*, *Gerardum Klinge* & *Arnoldum Dubbelt*, reverendus ac nobilis Dn. JOHANNES de LHU. Confirmationem a Papa suscepit; Baptisterium fieri iussit; Chorum maioris Ecclesiae, cuius fundamentum per eius praedecefforem positum perfecit; Emitque curiam in *Helmenstet*, & *Kutenholt* &c. Relaxantur eius artus anno 1454.

Post hunc Ecclesia *Hassfeldensis* per legitimam electionem Capitularium, pro tempore existentium, videlicet Dn. *Johannis Monckhausen* Prioris, *Danielis de Stadis*, *Gisonis de Borch*, *Friderici Schulten*, *Lamberti Busselmann*, *Marquardi Brummer*, *Detlevi de Lunebergh* & *Theodorici a Düringh*, reverendum ac nobilem Dn. MATTHIAM GRIMMEKEM, Seniore, Archi-Abbatem suum habere meruit. Is con-

firmatione a Papa obtenta, emit curiam in Orensem, modium siliginis ex curia Ottonis de Borch in Kackerbeke; Curiam in terra veteri in parochia nova zur Osten &c. Constituit etiam & ordinavit, ut Capitulares ad mensam communem singulis hebdomadibus tot panes triticeos, quod ex uno Himptone mensurae Stadenfis formari possunt, habeant. Concessit in fata anno 1484. die 25. Martii. Corpus eius humatum ad sinistru m cornu summi altaris.

Archi-Abbas Matthias Grimmeke dat ad mensam Capitularium albos panes triticeos.

2, **M**ATTHIAS, Dei & Apostolicae sedis
 2, gratia Abbas Monasterii Beatae Mariae
 2, Virginis in Hertzefelde, Ordinis Sancti Benedicti,
 2, Bremensis Dioecesis. Cum viris sanctae
 2, vitae studio deditis & domino ibidem sub
 2, religionis habitu famulantibus deceat prae-
 2, sidium adesse, ne forte cuiuslibet inopiae
 2, aut temeritatis adversitas eos a proposito
 2, revocet, aut robur, quod absit, religionis in-
 2, fringat. Ea propter nos Matthias, Abbas prae-
 2, dictus, qui ex certa industria sollicitudine &
 2, multiplici diligentia, quaedam bona nostri
 2, Monasterii, de quibus, ut dicti nostri fratres
 2, & eorum successores perpetuo gaudeant, ac
 2, eo liberiori modo Deo iugiter sine murmure
 2, famulentur, de dictorum fratrum, ac omni-
 2, um & singulorum quorum interest, aut in
 2, futurum quomodolibet interesse poterit,
 2, con-

consensu, assensu & voluntate ordinavimus, quod soepefati nostri fratres, singulis septimanis, ad mensam conventualem panes triticos, seu similes, quantum de uno Hymptone mensurae *Stadensis* formari possint, de subscriptis decimis, censibus & redditibus, temporibus perpetuis, sine cuiuscunque contradictione & impedimento, habeant & per Abbates dicti Monasterii nostrosque successores eisdem ad mensam singulis hebdomatibus exhibeantur, ac omnia praedicta praesentibus sic servanda ordinamus.

Quae quidem decimae & census de subscriptis annuatim in primis dari, recipi & sublevari debent, videlicet unus modius tritici, mensurae *Stadensis*, de decima *Petiae* terrae *Hinrici Hilcken* in Parochia *Asel*, *Bremensis* Dioecesis, terrae *Kedingorum*, sitae prope agros Domini *Johannis Meien*, Vicarii *Stadensis*; unus modius de eodem agro *Dn. Johannis*, nominati Vicarii: Iterum unus modius tritici de decima unius agri, siti intra agros *Hinrici Hilcken*, versus occidentem & *Ratekini Hintzen*, versus orientem; etiam duo modii tritici decimae de duobus agris *Kadellef* und *Stege*, sitis circa agros *Hinrici Beidemers*, ex utraque parte; & duodecim Hymptones tritici, quos commendator Domini Abbatis pro tempore ex prima decima in *Ritzke*, eiusdem Parochiae *Asel*, annuatim ex primis pecuniis solvet integraliter. Ut ergo nostra praescripta donatio, ordinatio & dispo

„dispositio, rata, grata & inviolabilis sit,
 „nostrorum successorum, & quorumcunque
 „conditione, sine impedimento permaneat
 „& modis subscriptis firmiter observetur,
 „Nos *Matthias*, Abbas praenominatus, prae-
 „sentes literas nostras fieri, ac sigilli nostri ap-
 „pensione fecimus communiri; & nos, *Jo-*
 „*hannes*, Prior, totusque conventus Monaste-
 „rii antedicti, praesentibus protestamur, omnia
 „praescripta modo & forma, prout enarran-
 „tur per venerabilem in Christo Patrem &
 „Dominum, Dnum *Matthiam*, nostri dicti mo-
 „nasterii Patrem & Abbatem, acta, narrata,
 „disposita & donata, de omnium nostrorum
 „assensu & plenaria voluntate sunt acta, fa-
 „cta, elargita & assignata, ac pro nobis, no-
 „strisque quibuscunque successoribus, lauda-
 „mus, approbamus & ratificamus. In cujus
 „fidem Sigillum nostri conventus, sigillo no-
 „stri Patris & Abbatis soepifati, coappendi-
 „mus in fidem omnium & singulorum praemis-
 „sorum. Datum anno Domini Millesimo
 „Quadragesimo Septuagesimo Septimo,
 „ipsa die Sti Johannis Baptistae.

*Charta super decimam in Damflet, in Pa-
rochia Drochtersen.*

„In nomine sanctae & individuae Trinitatis,
 „Amen. JOHANNES, Dei & Aposto-
 „licae sedis gratia Archi-Abbas Monasterii
 „Sanctae Mariae in *Hertzvelde*, ordinis Sancti
 „Benedicti, *Bremenensis* Dioecesis, omnibus Chri-
 „sti

sti fidelibus praesentia visuris seu audituris, ⁶⁶
 gestae rei notitiam cum salute. Quoniam ⁶⁶
 quidem servire Deo, est regnare, & per con- ⁶⁶
 tinuum Dei servitium pervenitur ad coeleste ⁶⁶
 praemium & consortium Angelorum; hinc ⁶⁶
 est, quod nos *Johannes*, *Archi-Abbas* prae- ⁶⁶
 dictus, de communi consensu & unanimi vo- ⁶⁶
 luntate Dominorum, *Marquardi* Prioris, totius- ⁶⁶
 que Conventus Monasterii nostri praedicti & ⁶⁶
 omnium, quorum interest, seu interesse po- ⁶⁶
 terit in futuro, propter augmentum divini ⁶⁶
 in praedicto nostro Monasterio servitii, & ⁶⁶
 omnium nostrorum, nostrorumque amico- ⁶⁶
 rum, omniumque Christi fidelium defuncto- ⁶⁶
 rum, salute animarum assignavimus & appro- ⁶⁶
 priavimus, & praesentibus irrevocabiliter ⁶⁶
 ad charitatem fratrum nostrorum assi- ⁶⁶
 gnamus & appropriamus decimam no- ⁶⁶
 stram *Damsleit*, in Parochia *Drochtersen*, Dioe- ⁶⁶
 cesis *Bremensis*, cum omnibus iuribus, fructi- ⁶⁶
 bus, obventionibus ac attinentiis, qualiter ⁶⁶
 cunque etiam valeant nominari, prout huc ⁶⁶
 usque ad nostram Abbatiam praedictam no- ⁶⁶
 scebatur pertinere. Reditus vero praedictae ⁶⁶
 decimae per Magistrum charitatum, qui pro ⁶⁶
 tempore fuerit, singulis annis, tribus tempo- ⁶⁶
 ribus anni, omnibus fratribus praedicti nostri ⁶⁶
 Monasterii mancipatis, in Missa, Antiphonis ⁶⁶
 & Vigiliis, temporibus infra scribendis, prae- ⁶⁶
 sentibus Beatae Mariae Virgini ad hospitali- ⁶⁶
 tatem in usus pauperum more consuetudinis ⁶⁶
 in hunc modum distribuentur. Primo vide- ⁶⁶
 licet ⁶⁶

„ licet Feria secunda post Dominicam Cantate
„ hora vesperarum erunt Vigiliae maiores &
„ post primam collectam ad vespervas subiunge-
„ tur solenni voce REGINA COELI cum
„ versiculo, & collecta de Domina nostra, &
„ sequenti die, videlicet feria tertia, prima
„ Missa pro defunctis, & summa solenniter
„ Missa de Beata Virgine decantetur & tunc
„ decem marcae praesentibus distribuuntur.
„ Secundo, Feria quarta post festum divisio-
„ nis Apostolorum iterum erunt Vigiliae ma-
„ iores, & post primam collectam ad vespervas
„ cantabitur alta voce: O SACRUM CON-
„ VIVIUM &c. cum versiculo & collecta de
„ corpore Christi: die vero sequenti, scilicet
„ Feria quinta, prima missa pro defunctis, sum-
„ ma vero Missa solenniter de corpore Christi
„ in divino officio peragetur: tunc eodem
„ modo decem Marcae praesentibus dividen-
„ tur. Iterum tertio die ante festum *Martini*,
„ scilicet ipso die *Theodori*, Martyris, hora ve-
„ sperarum erunt Vigiliae maiores in remedi-
„ um omnium Christi fidelium animarum, &
„ finita prima collecta, ad vespervas Cantor in-
„ cipiet Antiphonam: SALVATOR MUN-
„ DI &c. cum versiculo & collecta de omnibus
„ sanctis. Sequenti die, videlicet in Profesto
„ *Martini*, Episcopi, primam Missam pro de-
„ functis, summam vero Missam de omnibus
„ Sanctis fratres solenniter & devote celebra-
„ bunt. Tunc iterum praesentibus in vigiliis,
„ Antiphonis, & Missa decem marcae divi-
„ dentur.

dentur. Supradictis vero tribus temporibus an-
 ni quilibet Sacerdos de nostris fratribus ha-
 bebunt partem de praedictis triginta marcarum
 redditibus, dummodo nisi infirmitate gravatus,
 vel aliis legitimis negotiis nostri Monasterii
 praepeditus, seu speciali licentia a nostro
 Priore impetrata, missam celebrabit, alii
 vero mancipati, actu Sacerdotes non exi-
 stentes, sub poena conscientiae Vigiliis ma-
 iores pro fidelibus defunctis legere monean-
 tur. Aliis vero fratribus, videlicet in Vigili-
 is, Antiphonis & Missis non existentibus &
 missas non celebrantibus, si non per causas
 dictas impediuntur, nihil de praedictis ero-
 getur. Item in praedictis saepe dictis tem-
 poribus, Sacerdoti Seculari in Vigiliis, An-
 tiphonis & Missa existenti & Missam cele-
 branti, unus solidus ministratur. Tali ve-
 ro conditione adiuncta, quod nos *Johannes*,
 Archi-Abbas saepe dictus, vel successor no-
 ster, qui pro tempore fuerit, possumus,
 quando nobis placuerit in quolibet Festo Pa-
 schae praedictam decimam totam, seu eius
 dimidietatem, vel etiam eius partem, prout
 nobis competens videbitur, solvere & redi-
 mere & ad bona & redditus nostrae Abbatiae
 appropriare, pro 160 Marcis Lubecensibus;
 ad istum semper intellectum, si solvitur ad
 unum terminum tota summa pertinentiae,
 redimitur & tota decima. Si autem solvitur
 tertia pars pertinentiae redimitur tertia pars
 decimae &c.

„ Reditus tamen illius, pro dictis me-
 „ moriis peragendis a Magistro charitatis
 „ sublevabantur & recipientur. Ut autem
 „ praemissa omnia & singula firmiter inviola-
 „ biliter & perpetuo maneant in futurum,
 „ Nos *Johannes*, Archi-Abbas, totusque Conven-
 „ tus praedicti Monasterii in *Hertzevelde*, praesentem paginam, cum appensione nostrorum
 „ Sigillorum, iussimus communiri.

Archi-Abbatia per mortem Reverendi ac nobilis Domini *Matthiae Grimmeken* vacante, iuxta statuta & receptam consuetudinem huius Ecclesiae, ex gremio Capitularium reverendi ac nobiles Domini, *Giso de Borch*, ac *Detlefus de Lunebergh*, paribus votis electi fuere. At *Detlefus de Lunebergh* ad evitanda schismata, & dissensiones in electionem non consentit; sed **GISONI** de **BORCH**, Seniori suo, reservatis nihilominus sibi quibusdam privilegiis & proventibus, Praesulis dignitatem spontanee detulit. Dominus ergo *Giso de Borch*, vestigiis suorum Antecessorum insistens, emit curiam in *Butzstete*, in terra *Kedingensi*; dimidiam curiam in *Deienstede*; viginti duas petias terrae arabilis in *Ritzke*; Duas marcas ex curia *Johannis Eickhoff*, in parochia ad *Viridem aggerem* * in terra veteri sitam, annuatim solvendas &c. Efflavit vero spiritum angelicis miscendum coetibus anno 1503. ipsa die *Barbarae*, Virginis ac Martyris. Tumulatus ad dextram cornu summi altaris.

Domi-

* Hodie *Grünendeich*.

Dominus DETLEFVS de LVNEBERGH, de quo superius mentionem fecimus, re ipsa verissimum comperit esse, honorem sequi fugientem. Nam omnium Capitularium votis in Archipraesulem huius Ecclesiae, in locum defuncti Antistitis, electus est, confirmationemque a sede Apostolica obtinuit. Vir fuit tranquilli animi, modestus, pacificus, & qui nulli unquam detrimento fuit; ita versatus inter omnes sine querela. Cum laborum esset fessus & ad quietem, ob spinam dorsi fractam, adspiraret, elapsis a die electionis annis octo, mensibusque circiter octo, die 18. Julii, anno quingentesimo octavo supra millesimum, Archiabbatiam ad manus suorum Capitularium resignavit. Ac anno postmodum 1513. die 16. Maji, spiritum exhalavit. Corpus eius humo mandatum fuit ad dexterum cornu summi altaris.

Instrumentum provisionis Reverendi ac Nobilis Domini DETLEVI de LUNEBERGH, Archi-Abbatis.

In nomine Domini Amen. Anno a nativitate Domini millesimo, quingentesimo nono, die Jovis post festum *S. Alexii*, Pontificatus anno Domini Julii secundo, in praesentia mei, Notarii publici, testiumque infra scriptorum, ad hoc vocatorum specialiter & rogatorum, praesentia, personaliter constituti comparuerunt *Balthasar Schulte, Henricus Korff & Christophorus de Issendorp*, amici & cognati

„gnati Reverendi ac Nobilis Domini *Detlefi de*
 „*Luneberg*, Archiabbatis in *Hassfelde*, ad hoc
 „rogati, cedula infra scriptam coram Reve-
 „rendissimo in Christo Patre ac Domino Jo-
 „anne, Archi-Episcopo *Bremensi*, eiusque Co-
 „adiutore, Reverendissimo & Illustrissimo
 „Domino *Christophoro*, Duce *Brunswicensi* &c.
 „nec non Abbatibus *Thoma de Berga*, prope
 „*Magdeburgum*, *Ioanne*, Sancti Michaelis in *Hil-*
 „*desheim*, *Henrico*, Sancti Pauli prope *Bremam*,
 „in medium exhibuerunt & produxerunt;
 „quam praefati publicè, alta & intelligibili
 „voce, per Cancellarium dicti Archi Episcopi
 „legi fecerunt & audierunt, cuius quidem
 „cedulae tenor de verbo ad verbum sequitur,
 „& est talis:

„Anno 1509. am Donnerstag nach A-
 „lexii, ist zugezeichnet dem Ehrwürdigen
 „Herrn *Detleff* von *Luneberg*, Abt zu *Hassfel-*
 „*de*, aus des Closters Gütern zuhabende, vor
 „sein Reservat und Interesse, drey Hundert
 „Marck Lübsch. Ein Hundert aus den Saltz-
 „Gütern zu *Lüneburg*, die ihm auf Jacobi von
 „Herrn *Iohannes* von *Düring* entrichtet sollen
 „werden jährlich; und die andern Hundert
 „Marck vom Thegenden zu *Bützlete* und *Bor-*
 „*stel*, die jährlich so viel thuen: Hieroben
 „einen *Perbelger* Hoff, mit allem Zubehör und
 „Gerechtigkeiten: Auch den Thegenden
 „in der *Arnsflucht*, im Caspel zu *Overendorf*,
 „der jährlichs gibt 50. Scheffel Habern; noch
 „einen Scheffel Garsten aus dem Have zum
 „Nesse

Nesse, im alten Lande; noch 10. fette Schweine vom Hofe zu *Hassfelde*, es sey Mast oder nicht: Item 10. fette Widder jährliches: Item soll er haben das Gast-Haus zu *Hassfelde* mit dem Hofe, und so ein ander Haus vorfallet, soll er zu erwehlen mächtig seyn; doch soll er das Gast-Haus wiederum verlassen: Item zu *Stade* eine freie Kammer und Stuben auf des Closters Hofe, auch dazu 4. Pferde mit einem Wagen, darzu Heu und Stallungen zu *Stade* und *Hassfelde*. Item Holtz und Kohlen zu *Stade* und *Hassfelde*, auch Hausgerath und Kleinodige, wie ihm nöthig: Item den kleinen *Bienen-Hof* mit den Bienen: Item den *Buten-Teich*, wie er belegen ist beim *Ziegel-Hause*. Item, ob ihme geliebte beim Abte zu essen, soll bei ihme stehen; so nicht, soll vor ihm und seine 4. Diener, gleich als vor dem Abte, angerichtet werden. Alles sondern Argelist.

Qua quidem cedula, sicut praemittitur, exhibita ac lecta, Dominus *Detlesus* pro se, ex una, ac *Thomas, Ioannes & Hinricus*, Abbates praefati, ex altera, nomine & pro parte futuri Abbatis, totiusque Conventus in *Hertzefelde*, habita nihilominus hinc inde aliquali deliberatione, omnes & singulos articulos, omniaque & singula puncta, in eadem praemissa cedula, contentos & contenta acceperunt, ipsosque & ipsa firmiter hinc inde bona fide servare & tenere com-

33 muniter & divisim promiserunt, & nihilo-
 33 minus Domini, D. *Joannes*, Archi Episcopus,
 33 *Christophorus*, Coadiutor, *Franciscus Grambeken*,
 33 legum Doctor, Praepositus, *Leonardus Klen-*
 33 *cke*, Decanus, *Gerardus Brandis*, S. Theolo-
 33 gia Doctor, Canonicus *Bremensis*, ac *Alber-*
 33 *tus de Verlo*, Praepositus *S. Wilhadi Bremensis*,
 33 *Nicolaus de Decken*, ac *Theodoricus Ostings*, Con-
 33 sules *Stadenses*, omnia & singula in dicta cedu-
 33 la contenta, ipsi Domino *Detleffo* per futu-
 33 rum Abbatem ac Conventum in *Hertzefelde*,
 33 tenere & servare promiserunt, ac bona fide,
 33 manibusque stipulatis addixerunt; Recipi-
 33 ens Dominus Archi Episcopus & Coadiutor,
 33 coeterique Praelati & Consules dicti, de &
 33 super fide huiusmodi praestita à Dominis
 33 praesentibus Abbatibus supradictis, pro se
 33 & successoribus suis Abbatibus & Conventi-
 33 bus, solenni stipulatione in & ad manus mei
 33 Notarii, facta indemnisationis cautione. Su-
 33 per quibus omnibus & singulis praemissis,
 33 praefati Domini, *Detleffus*, coeterique Abba-
 33 tes, hinc inde praesentes, sibi a me, [Notario
 33 infra dicto publico, unum vel plura, publi-
 33 cum seu publica, fieri petierunt Instru-
 33 mentum & Instrumenta. Acta fuerunt haec
 33 *Hertzefeldiae*, in refectorio Monasterii eius-
 33 dem, anno, Indictione, Mense & Pontifica-
 33 tu, quibus supra. Praesentibus honorabi-
 33 libus Viris, Dominis *Meinhardo Stedebergen* ac
 33 *Johanne de Glane*, perpetuis Vicariis in Eccle-
 33 sia *Bremensi* & *Verdensi*, testibus ad praemissa
 33 vocatis & requisitis,

Et

Et ego *Albertus de Essen*, Clericus *Osnaburgensis* Dioecesis, Publicus sacra Imperiali auctoritate Notarius, quia praemissis omnibus & singulis dum sic, ut praemittitur, praesens interfui, eaque omnia & singula sic fieri vidi & audivi, ideoque hoc praesens publicum instrumentum exinde confeci, subscripsi, publicavi & in hanc publicam formam redegi, signoque & nomine meis, solitis & consuetis, signavi, in fidem & testimonium omnium & singulorum praemissorum rogatus & requisitus,

Signum Notarii:

Nulla absque labore fortuna.

Ecclesia Hassfeldensi, resignatione Reverendi ac Nobilis Domini, *Detlesi de Lunebergh*, ut praemissum, viduata, reverendi, nobiles, pietateque insignes Domini Capitulares *Joannes Monckhausen* Prior, *Bernardus Semann* Senior, *Otto Duvel*, *Arnoldus Bicker*, *Wilckinus de Lunebergh*, *Petrus Daberhal*, *Joannes Oestmann*, *Bartholdus Leichmann*, *Johannes à Schwannedel*, *Theodorus Bremer*, *Joannes Kater* & *Joannes Rottorp*, ne ea in spiritualibus & temporalibus læsionem pateretur, mense tertio post resignationem huiusmodi factam, id est, die 28 mensis Octobris, qui fuit sacer Apostolis *Simoni & Judae*, anno millesimo quingentesimo octavo, Reverendum ac vivum pietatis

exemplar, Dominum HENRICUM DUDENRATH, in Archi-Abbatem elegerunt.

Is adeptus praesulatum, qualis, vel quantus fuerit, ut compendiosus dicatur, & Ecclesiae sarta tecta aedificiaque, quae restauravit, ac cata in *Kutenholt*, nec non sex partiae terrae arabilis, in terra nova, in parochia *Haselwarder*, quas aere suo comparavit, insinuant; Et libri chorales, in laudem Dei, Sanctorumque omnium conscripti, demonstrant; Qui etiam in construendis spiritualibus templis, videlicet in custodia gregis, quam certatim sese impenderit, pauca haec verba, lapidi eius insculpta, plenissime attestantur:

ANNO DOMINI
MILLESIMO QUINGENTESIMO VIGEN-
TESIMO SEPTIMO,
DIE

SIXTI PAPAE,
OBIIT REVERENDUS PATER,
DOMINUS

H E N R I C U S,
A B B A S,

MORUM REFORMATOR,
ET MULTORUM AEDIFICIORUM RE-
STAUATOR HUIUS MONASTERII.

HIC SEPULTUS,
CUJUS ANIMA REQUIESCAT IN PACE.

Quot

Quot vero casibus & periculis misera & aerumnosa mortalium vita exposita, testatur eius ex hac peregrinatione improvisus, & bonis omnibus lugendus, exitus. Nam cum ad matutinas & laudes, media nocte in chorum cum Fratribus decantandas, progrediretur, cecidit per tabulatum periboli versus septentrionem, & interiit. Sin fata diutius illum supervivere permisissent, chorum maioris Ecclesiae testudine lapidea decorasset, paucissimi enim lapides perpoliti desiderabantur.

Reverendo Domino *Henrico Dudenrath* viam universae carnis ingresso, Capitulares, ad electionem procedentes, Reverendum ac nobilem Virum, Dominum ARNOLDUM BICKER, ex ordine Ministerialium huius ditionis ortum, in Archi-Abbatem elegerunt. Fuit is vir pius, prudens & mansuetus; cumulatim in pios Ecclesiae suae usus pecuniis, sex petias terrae arabilis in Parochia *Hamelworden*, terrae *Kedingensis*, emit. Tonuerunt ea tempestate bella in circuitu plurima, ut velut in igne bonus Antistes sedere videretur, Nec vanus timor is fuit. Anno enim, post partum virgineum, millesimo quingentesimo quadragesimo quinto, die quinta mensis Januarii, nobilis Vir *Joachimus Pentz*, *Marchiacus*, nocte intempesta equitibus centum *Hassfeldiam* venit, & contra ius fasque supra modum ferociter, veluti immanis bellua, quae omnem humanitatem exuit, in Monasterium

O 4

eiusque

eiusque subditos, gladio, incendioque, prout ex infra scriptis patebit, saevit, imo ne armento quidem gregique pepercit. Ex singulari nihilominus Dei provisione Archi-Abbas, eiusque Capitulares, (Domino Priore *Christophoro Bicker* tantum modo excepto, qui insciis omnibus in fumibulo supra culinam latuit) a somno per iuvenem coqui (qui se per fenestram culinae in refectorium aestivale ingesserat) excitati, fugientes ad turrim maioris Ecclesiae, & dimittentes per gradus eiusdem sine ulla intermissione siles, sese, vitamque, salvarunt. Veniens postmodum, anno post natum Christum millesimo quingentesimo quodragesimo octavo, bonus Antistes *Buxtebuda*, arcera, ab hac parte rivi, vulgari-ter dicti *Steinbeck*, ubi in hodiernum usque diem crux erecta conspicitur, casu subversa, valetudinem, roburque corporis, in tantum offendit, ut post paucos dies latebrae animaeque eius difficiles morae expeditae sint. Atque illa reseratis sibi claustrorum ianuis exilierit alacris, & luce clarius micantibus coelicolarum turmis, die undecima mensis Septembris, anni praefati, iuncta fuerit. Corpus vero eius cum debita reverentia ante summum altare maioris Ecclesiae humo reconditum est.

Ecclesiae *Hassfeldensi* post Dominum *Arnoldum Bicker*, electione legitima, per Capitulares, ut Dominum *Theodorum Bremer*, Senio-rem,

rem, *Joannem Rottorp & Joachimum Brauns*, Juniorem, Dominus CHRISTOPHORUS BICKER, Prior, ex nobilissima illa *Bickerorum* familia huius dioeceseos progenitus, praeficitur. Vir prudens & rebus gerendis non inidoneus, qui tamen electioni de se factae aegre admodum, prout ex relatione nobilis & Equestris ordinis Viri *Detlesi Schulten*, votorum tunc temporis scrutatoris, accepimus, consensit. Eo nunc perventum iam dudum est in Ecclesia, ut in deligendo Antistite, maior sit respectus tuendorum Ecclesiae praediorum, quam in aedificatione & reformatione morum. Quis enim his de rebus nostra aetate cogitat? Quamvis memoratus Dominus *Christophorus* fuerit in utraque re praecipuus & in cultu religionis amplificando; erat enim sacerdos, quales omnes vigore statutorum esse tenentur. Assumpsit etiam ad officium divinum quotidie peragendum *Freydagium a Sutholt, Arnoldum Brues, Lunebergum Brunner, Joannem a Breiden & Laurentium Korf*, quem *Coloniam Agrippinam*, ad veram & avitam religionem apud Patres Societatis JESU hauriendam, ablegavit. Et nihilominus ad temporalium dispensationem, & experientiarum, & cognitionis multitudo plurimum eum adjuvabat. Monasterio ergo suo, aede sacra, dormitorio, & culina tantummodo excepta, in cineres redacto, utrumque refectorium & cellam Domini Prioris, sibi in habitationem elegit. Et ut erat vir acerrimi ingenii

genii, in hac rerum summa inopia, sua benevolentia & humanitate non solum nobilium, & aliorum honestorum virorum, verum etiam Principum & Ducum Holsatiae & inferioris Saxoniae, nec non Archi-Episcopi Bremensis, Domini *Henrici*, qui eum, uti Patrem venerabatur, animos sibi devinxit & eorum partim liberali donatione, partim ope & auxilio, tum etiam suorum subditorum, armentum gregemque aliquam habere iterum meruit. Deinde animum ad aedificia nova aedificanda, & collapsa restauranda, adiecit. Extruxit itaque domum Archi-Abbatialem, organum, gerontrophium, praedium, horrea & stabula omnia, portam utramque, molendinum; Praedium novae terrae, in Parochia *Hafelwarder*, cuius trabes a Duce inferioris Saxoniae illi datae fuere; Praedium, vulgo dictum novum, in *parochia lapidea*, primum aedificavit & instituit; viamque publicam ad fluvium *Lbu*, ut maiori cum quiete in dicto praedio commorari posset, aliasque ob causas, consensu obtento eorum, quorum intererat, alio duxit; Jus aedificandi molendinum volatile in nova terra ab Archi-Episcopo *Georgio* eiusque Capitulo impetravit. Actiones diversas instituit, ut contra negantes decimas in parochia *Butzflote*, terrae *Kedingensis*; contra colonos quosdam Veteris terrae, in *parochia lapidea* habitantes, qui bona sua Emphiteuthica esse contendebant; Contra *Ioachimum Pentz*,
in

in puncto fractae pacis, & spolii &c. Ast nunquam causa cecidit.

Domina Priorissa, reliquaeque Virgines in *Zevena*, videntes huius Antistitis, tum pietatem, tum laborem, studiumque in Ecclesiae suae aedificiis aedificandis, restaurandisque, nec non in bonis ac iuribus eiusdem augendis defendendisque, anno 1571. eum in sui monasterii Praepositum elegerunt. Incredibile etiam dictu, quanto studio & charitate, opem suam, quoquomodo implorantibus, impertiebat. Distractus enim si qua ei superfuere in re privata, sudabat omnibus modis amicos evangelicos de his conquirere; largus erga indigentiam; oppressis adminiculans, tribulationemque patientibus strenuus consolator; Et quocumque pedem ferre libuisset, in manu illius eleemosyna desudabat, quousque pauper occurreret, cui eam tanquam Christo, committeret.

Tandem Deo disponente, completis feliciter 27 villicationis annis, mensibus circiter duobus, *Zevenae* validae infirmitatis febre correptus, sacro sancto corporis & sanguinis Christi confirmatus viatico, inter manus lachrymantium Spiritum emisit.

EPITAPHIUM.

REVERENDO ET NOBILI
DOMINO,

CHRISTOPHORO BICKER,
ARCHIABBATI IN HERTZEFELDE,
PRAEPOSITO IN ZEVENA,
PIE VITA DEFUNCTO,
ATQUE AD BASIN HIC CONDITO,
SUCCESSOR, DOMINUS

LUNEBERGUS BRUMMER,
CUM PRIORE ET CONVENTU HUIUS
MONASTERII,
PRAESULI OPTIME MERITO,
OMNIQUE HONESTA MEMORIA
DIGNISSIMO,
GRATI MAERENTESQUE POSUERUNT.
DECESSIT

E VITA ZEVENAE,
ANNO M D L X X V.
DIE QUINTA MENSIS NOVEMBRIS,
ILLINCOE HUC, DECIMA EJUSDEM,
TRANSLATUS,
FUNUS COHONESTANTE
REVERENDISSIMO ET ILLUSTRISSIMO
PRINCIPE ARCHIEPISCOPO NOSTRO,
DECANO ITEM BREMENSI PLURIMIS-
QUE NOBILIBUS.
HIC SEPULTUS FUIT.

CON-

CONTINUATIO.

R,
 ,
 D,
 R,
 JS
 T,
 M,
 O
 S.
 z.

Archi-Abbatia *Hassfeldensi* morte Domini *Christophori Bicker* vacante, Domini Capitulares, ut Dominus *Ioachimus Brauns*, Prior, *Ioannes Rottorp*, Senior, *Arnoldus Preus*, *Freidagius a Sutholdt*, *Ioannes Breiden* & *Theodorus Veltmann*, Dominum LUNEBURGUM BRUMMER, Cellarium, Virum prudentem, in omni vita integrum, mansuetum & quietum, ex nobili *Brummerorum* familia huius dioeceseos ortum, per viam scrutinii elegerunt. Primusque confirmationem ab Archi-Episcopo *Bremensi*, salvis nihilominus Privilegiis, & indultis sedis Apostolicae, suscepit. Is spartam nactam egregie adornavit. Ut enim ab oeconomica incipiam, aes alienum, quod Decessor eius, Praesul alioquin nunquam satis laudandus, iniuria temporum nefario illo incendio, & ut honorem monasterii tueretur, fecerat, non solum dissolvit; sed etiam aeraarium, proventusque suae Ecclesiae, auxit. Non obstante, quod incredibiles pecuniae summas in aedificandis reparandisque aedificiis, viis publicis, hypaetris, ambulationibus, aliisque fabricis, profuderit. Interim coluit amicitiam cum magnis Principibus & Viris primariis, splendidus in amicos, liberalis in peregrinos, misericors in pauperes, quibus, ut ex infra scriptis patebit, octoginta novem marcarum redditus perpetuos, in sorte principali 1650 marcarum, de propria pecunia assignavit & dedit.

dedit. Neque tantum propter oeconomiam, sed etiam propter Zelum & Studium Catholicae religionis, quam inter medios alterius opinionis homines, divina sibi assistente gratia, integram incorruptamque conservavit, & in confessu Statuum dioeceseos, Reverendissimo & Illustrissimo Domino *Henrico*, Inferioris Saxoniae Duce ad clavum Ecclesiae *Bremensis* sedente, una cum Illustrissimo & Reverendissimo Domino *Frideric*o, Inferioris Saxoniae Duce, & Praeposito Ecclesiae *Bremensis*, in arce *Vordensi* professus est: Tum etiam propter Canonicam disciplinam observandam omnium commendatione maior fuit; domi enim studuit, ut chorus perpetuus esset, divinusque cultus cum summa reverentia fieret, ob quam rem & praesentias chori auxit, & Ecclesiae minori, Divo *Gangolpho*, Martyri, dedicatae, duodecim marcarum redditus perpetuos, in sorte vero principali 200 marcarum, de suo peculio dedit, ut amor & concordia inter Dominos Capitulares esset, eum revererentur, ut Praelatum, eumque diligerent ut Patrem. Omnium unum idemque votum erat, ut viveret quam diutissime. Foras emisit novella examina, quae cum pietate bonas literas imbiberent, plenaque melle tandem domum reverterentur: novos plantavit stolones & surculos, qui cum in iustas arbores excrevissent, fructum

(Continuatio, seriesque rerum sequitur in parte proxima, ab initio)